q̄ ipa essentia aīe nō est ei⁹ potētia. Si. n. vt dicit Dyoni. v. c. angelice hierarchie. celestes sp̄us .i. angeli diuidunt in essentiā. virtutē ꝛ opatiōez multo magꝫ dicendū de aīa q̄ est inferioris grad⁹ in ordine intelligibiliū aliud ē essentiā. aliud virtutem et potentiā. Pro cui⁹ declaratiōe dicit. b. Tho. in. i. ꝑte. q. lxxvij. arti. i. q̄ ē impossibile dicere q̄ essentia aīe sit ei⁹ potētia. licet q̄dā hoc posuerint. Et rō est. q̄ cū potētia ꝛ actus diuidant ens et q̄libet genus entis. oz q̄ ad idē genus entis referat actus et potētia. et iō si act⁹ ñ est i genere substātie. potētia q̄ est ad illū actū nō pōt ee in genere substātie. Opatio aūt aīe nō est in genere substātie. sed in solo deo ei⁹ operatio est ei⁹ substātia. Clñ dei potentia q̄ est opatiōis p̄incipiū. est ipa dei essentia. q̄ ē non pōt. nec in aīa nec in angelo vel alia creatura. vñ sequit q̄ nec aīe potentia est in genere substātie. Essentia aūt aīe est in genere substātie. ꝫ essentia ei⁹ non pōt esse potentia eius. Alia rō est. q̄ aīa ꝑm essentiā suā ē act⁹. Si g̃ ipa essentia aīe eet immediatū opationis p̄incipiū semp bñs aīam actu bret opa vite. sicut semp bñs aīam actu est viuū. sed inuenit bñs animā nō semp bre in actu opera vite. vt cum dormit et b⁹. Si aūt q̄rat quid sit potētia aīe ex q̄ ñ est ei⁹ essentia. Rñdet. b. Tho. vbi supra. q̄ est accidens. put accidēs diuidit ctra substātiaꝫ. Sic em̄ nihil est mediū inter substantiā ꝛ accidēs. q̄ diuidunt ꝑm affirmationē et negationē. ſ. esse in subiecto. vel nō esse in subiecto. et sic cum non sit substātia ipa aīe. oz q̄ sit accidens q̄libet potentia eius. et ē in 9da specie q̄litatis. Sed. put accidens accipit ꝑm q̄d ponit vnū ex quinq̄ vniuersalibo. sic nō est accidens potētia aīe. Nā ꝑm hūc modum aliq̄d est mediū inter substantiaꝫ et accidens. q̄ ad substantiā ptinet q̄cquid ē essentiale rei. non tñ quicq̄d est extra essentiā rei. pōt sic dici accidens. sed solū q̄d nō causat ex p̄incipijs essentialibo speciei. ꝓpriū em̄ nō est de essentia rei sed et p̄incipijs essentialibo speciei causat. vñ mediū est inter substantiā et accidens. et ꝫ mō potentie aīe pōt dici medie inter substantiaꝫ et accidens quasi ꝓprietates aīe naturales. sicut risibile dr ꝓpriū homini. ꝛ calor ꝓpriū ignis ꝛ hmōi. Q̄d aūt Aug. dicit q̄ noticia ꝛ amor nō sunt in aīa sicut accidentia in subiecto intelligit. put cōparantur ad aīam nō sicut ad amantē ꝛ cognoscentē. ꝫ put cōparant ad eā sicut ad amatā ꝛ cognitā. q̄ ipa. substantia. essentia aīe cognoscit et amat. Et sic etiam intelligendū est cū idē dicit q̄ mēoria intelligentia et volūtas sunt vna essentia. Vel etiā ꝑm alios pōt dici q̄ hec locutio verificat ꝑm modum quo totū potēriale p̄dicat de suis ptibus quia. n. tale totum adest singulis partibus scōm totam essentiā sed nō ꝑm totā virtutē. iō p̄dicat de quilibet ptē ei⁹. ꝫ nō ita ꝓprie sicut totū vle. Q̄d etiaꝫ ꝑbs dicit in. vj. de aīa q̄ illud q̄d primo sentimus ꝛ intelligim⁹ est aīa. nō ex hoc sequit q̄ essentia aīe sit eius potētia. sed q̄ hoc ꝑm q̄d forma accidētalis cuiusmodi ē potētia aīe. est actiōis p̄incipiū hz a forma substātiali. et iō forma substātialis est primum actiōis p̄incipium sed nō proximū.

Ponūtur autē .§.IIII.

potentie aīe esse bona media. Ogr. n. sen. li. ij. di. xxvi. post Aug. ponit triplicē dām bonoꝝ scz minima. media et magna. viz bona tpalia. naturalia et virtualia. Et q̄ ista a deo accepisti ꝫ aplm Recordare q̄ accepisti bona in vita tua dixit Abraam Luc. xvi. Tpalia quidē ad recte distribuēdum. naturalia ad bene exercēdū. virtualia ad cōtinue augendū. Tpalia vt diuitie bona sunt. q̄ organice deseruiūt felicitati ꝑm ꝑbm. i. sūt instrumenta ad vitā virtuosaꝫ. Qui. n. sibi thesaurizat et tpalia nō distribuit ꝑm rectitudinē dānatiōez incurrit. Clñ cuidā diuiti qui sibi ꝓpi vicebat. Anima mea bēs multa bona posita in ānos pluri⁹mos. comede. quiesce ꝛc. dictū fuit a deo. Stulte aīam tuā hac nocte reperent a te Luc. xij. Super quo euāgelio dicit Ambr. Tu. ſ. diues susceptis dei muneribo et in sinū tuū redactis. nil te putas facere iniquū. si tam multoꝝ vice subsidia solus

obtineas ꝛc.di.xlvij.sicut bi. ¶ Bona naturalia sunt potentie anie interiores ꝛ exteriores quibus opamur.q̄bus põt ania bene et male vti. sicut et bonis tpalibꝫ. Et de bis põt illud exponi ps. Bonorum meoꝝ nõ indiges dñe.i.operꝫ nrõꝝ q̄ pce dunt a potentijs. Exercere aũt dz q̄s hmõi bona ꝛ bene.alis ea in vanũ accepit.ps. Qui nõ accepit in vanũ aiam suã.hic.s.habitabit in tabernaculo tuo. Bene autẽ exercet hmõi bona cum peniter'et se mortificat.ſm illud ps. Tabescere fecisti sicut araneam aiam ei⁹.i.ſm glo. Fecisti tu de⁹ vt ania q̃uersa sit tabida.i. humilitate infirmata sicut aranea.que etiã leui tactu manus tabescit.i.deficit a virtute sua ꝛ vigore.sicut aia correcta ꝛ penitẽs a ꝙtactu manus diuine inspirationis.deficit a vigore superbie ꝛ morif vite pristine. Aranea est subtile corpus,terrena deserit,alta q̃rit.emissiõe viscerũ telas texit. Sic q̃uersus ꝛ corrept⁹ ꝑ pniam corpus extenuat.mũdi infima ꝙtemnit. celestem q̃uersationẽ appetit.subtiles operationes ex timore dñi facit. Bene exercet aia potẽtias.dũ intellectũ ꝛ affectũ ad supna erigit.vñ ps. Ania mea exultauit in dño ꝛ delectabif in deo salutari suo. Omnia ossa mea dicent.dñe quis similis tibi. Exultatio delectatio anie est i ꝑa maxia cõplacentia quaz bz voluntas ex cognitiõe ꝛ ꝓsideratione intellectuali diuine,puidentie ꝛ beniuolentie magne ad i ꝑaz animã. Prouidẽtia vero in dño q̃ si bon⁹ est et puidet seruis suis. Beniuolẽtia in salutari.q̃ sic dicitur.q̃ nos saluat. Ossa anie sunt potentie.q̃ sicut ossa insepabiliter inhærent carni et dant ei robur ad operandũ.ita potẽtie insepabiliter sũt in ania ꝛ ex bis est virt⁹ homini ad opandũ. Omnes ergo potentie admiratiõe quadã cui usdã reuerentie debent experimẽtali gustu intelligere nullũ eẽ similẽ deo. Bonis virtualibꝫ nõ põt q̄s male vti. de q̃bus põt illud intelligi.puer.xi. In bois iustorum.s.opibus virtutũ exaltabif ciuitas Isa.lvij implebit splendoribꝫ aiam tuã. Virtutes sunt vt quidã radij q̃bus ania illustrat in baptismo.que bona dz augere.iuxta illud ps. ibunt de virtute in virtutẽ. Nã qui accepit bonũ vni⁹ talẽti designãtis aliquã grãm.q̃ nõ auxit sed ꝓseruauit.fuit eo priuatus ꝛ ꝓfusus mat.xxv. Recordare g̃ q̃ recepisti ꝛ ad quid recepisti.ꝛ sic ſm ps. Anima mea in bonis demorabitur.s.ad recordandum.

Potẽtias anime .§.v.

esse plures ponit pbs in.ij.de ania ꝛ mgr sen.i.li.di.iij.q̃ necesse est ponere ſm.be. Tho.in.i.pte.q. lxxvij.arti.ij. Naz ſm pbm.iij.de celo sicut infime est dispositio ad sanitatẽ q̃ est q̃dam pfectio operis aialis q̃ nõ põt ꝙsequi pfectã sanitatẽ ꝫ aliquam modicã consequit paucis remedijs. Melius aũt dispositus est q̃ põt ꝙsequi pfectã sanitatẽ ꝫ remedijs multis ꝛ adhuc melius q̃ remedijs paucis pfectaz ꝙsequi põt. Optime aũt q̃ absqz remedio perfectã bz sanitatẽ. Ita dicendũ de bonitate ꝛ pfectione rerũ.viz q̃ ille res q̃ sunt infra boiem.vt aialia et insensibilia.quedã priclaria bona cõsequũtur.nõ aũt pfectã bonitatẽ ꝛ vniuersalẽ qualẽ est de⁹ ꝛ iõ quasdã paucas ꝛ determinatas virtutes ꝛ operationes bñt q̃bus illã assequent. Homo autẽ põt ꝙsequi pfectã et vniuersalẽ bonitatẽ.q̃ potest adipisci beatitudinez sed tñ q̃ est in vltio gradu ſm naturã eoꝝ q̃bus cõpetit beatitudo.iõ multis ꝛ diuersis operationibꝫ ac virtutibꝫ seu potentijs indiget aia hũana ad ꝙsequendã hmõi pfectã bonitatem. Angelis vero mior diuersitas potẽtiaꝝ cõpetit. In deo aũt nõ est aliqua potẽtia vel actio p̃ter eius essentiã. Est etiã alia rõ quare aia hũana est in diuersitate potẽtiarũ.viz q̃ est in ꝓfinio corporaliũ et spũaliũ creaturarũ.ꝛ iõ currũt in ipsa virtutes vtrarũq̃ creaturaꝝ. ¶ Sciendũ ẽt ſm be. Tho. vbi supra q̃ q̃dã operationes aie sunt q̃ exercentur sine organo corporali vt intelligere'ꝛ velle. Vñ potẽtie q̃ sunt baꝝ operationũ principia. sunt in aia vt in subiecto. Quedã vero actiones sunt anie q̃ exercent p̃ organa corporalia sicut visio per oculũ ꝛ audit⁹ p̃ aurẽ. Et sile de oibꝫ aliis operationibꝫ sensitiue ꝛ nutritiue partiũ. Et potẽtie q̃ sunt baꝝ operationũ principia sunt in ꝓiuncto vt i subiecto ꝛ ñ in aia sola. Vñ pbs in li. de som, ꝛ vigi. dicit q̃ sentire nõ est ꝑ aiã aie.neq̃ corporis sed ꝓiuncti. Dicunt aũt oes potẽtie esse anie nõ sicut subiecti sed sicut principij.q̃ p aiam cõiunctũ bz q̃ tales operationes possit operari. Fluũt q̃ oes potẽtie etiã sensitiue ꝛ vegetatiue ab essentia anie sicut a principio. Sunt.n. q̃dã ꝑprietates naturales ei⁹.ꝫ subiectũ est cã ꝑprioꝝ accidentiũ. vñ ꝛ ponit subiectũ in diffinitiõe accidẽtis. Notandum etiã q̃ oĩs actio ꝓcedit ab aliqua potẽtia ꝛ ẽ circa aliq̃d obiectũ seu materiã. potẽtia.n. ſm id q̃d est potẽtia ordinat⁹ ad actuz ꝛ diuersificat⁹ ſm diuersaz rõem obiecti.q̃.n. aliud est color inquãtum obiectũ visus.aliud sonus inquãtũ obiectuz auditus.iõ diuersa oĩno actio est videre ab audire. ꝛ q̃ diuersa rõ actiõis vtriusq̃.iõ etiã potẽtie diuerse.vñ ꝓcedũt illi actus. Potẽtia aũt aut ẽ actiua aut passiua. Actio aũt ꝓcedens a potentia activa alio mõ se bz q̃ ꝓcedens a passiua erga suum obiectũ. Compat⁹.n. obiectũ ad actũ potẽtie passiue.sicut principiũ ꝛ cã mouens.color.n. inquãtũ mouet visum est principiũ visiõis.sic et intelligentia est potẽtia passiua. Ad actũ aũt potẽtie actiue comparatur obiectum vt terminus ꝛ finis.sicut augmentatiue virtutis obiectũ est quãtuz ad pfectum quod est finis augmenti.et ex bis duobus actio recipit speciem.s.ex principio vel fine seu termino. Et sic est necesse q̃ potentie diuersificentur

Capitulum Primum

ſm actus ⁊ obiecta.

Quinq; ſũt ge .§.VI.

nera potẽtiaꝝ ſz pl̃m in.ij. de aĩa. viz vegetatiuũ ſenſitiuũ. appetitiuũ. ſm locũ motiuũ ⁊ intellectiuũ. Pro cui⁹ declaratiõe dicit Thom in.i. pte q. lxxviij. arti. i. q; gña potẽtiaꝝ diſtingu unt ſm obiecta actuũ ipaꝝ. Quãto. n. potẽtia ẽ altior tãto obiectũ vniuerſaliꝰ reſpicit. Obiectũ aũt operatõis anie triplici ordine põt ꝯſiderari. Alicui⁹. n. potẽtie aĩe obiectũ eſt ſolũ corp⁹ aĩe vnitũ. ⁊ ſ genus potentiaꝝ dr vegetatiuũ nõ. n. vegetatiua agit nſi in corp⁹ cui vnit aĩa. Eſt alterũ genus potẽtiaꝝ qđ reſpicit vniuerſalius obiectũ. ſ. nõ ſolũ corpus ſenſibile. ⁊ nõ ſolũ corpus cui aĩa vnit. Eſt alterꝝ genus potẽtiarũ qđ adhuc reſpicit vltius obiectũ ſcz nõ ſolũ corpus ſenſibile ſ ẽt oẽ ens. Et ex hoc ptz q; iſta duo genera potẽtiarũ hãt opatõem nõ ſolũ reſpectu rei quãcte ſ etiã extrinſece rei reſpectu. Cũ aũt opans oporteat aliq̃ mõ ꝯiungi ſuo obiecto. ncce eſt rẽ extrinſecã q̃ eſt obiectũ opatõnis anie ſm duplicẽ rõem ad aĩam cõpari. Vno mõ ſm q; nata eſt ꝯiungi aĩe ⁊ in aĩa eẽ per ſuã ſiltudinẽ ⁊ q̃ntũ ad ſ ſũt duo genera potẽtiaꝝ. Senſitiuũ reſpectu obiecti min⁹ cõis. qđ ẽ corpus ſenſibile. Et intellectiuũ qđ ẽ reſpectu obiecti cõiſſimi qđ eſt ens vle. Alio mõ res extrinſeca q̃ eſt obiectũ opatiõis cõparat ad aĩam ſm q; ipa aĩa inclinatur ⁊ tẽdit in rẽ ipam exteriorẽ. et ſm hanc operatõez ſũt duo gña potẽtiarũ. vnũ ſ. appetitiuũ ſm q; aĩa cõparat ad rẽ extrinſecã vt ad finẽ q̃ eſt primũ in intẽtiõe. Et ſ appetit⁹ q̃ dr appetitus aĩalis diſtinguit ab appetitu naturali. Appetitus em̃ naſalis ẽ inclinatio cuiuſlibet rei ad aliqđ ex natura ſua. et ſic naſali appetitu q̃libet potẽtia deſiderat ſibi ꝯuenies ſ appetit⁹ aĩal' ſeq̃tur formã apprehenſiaꝝ. Et ad h⁹. appetitũ req̃rit ſpãlis potentia aĩe ⁊ nõ ſufficit ſola apphẽnſio. Piſus em̃ naſaliter appetit viſibile ſolũ ad ſuũ actũ. i. ad videndũ. Animal aũt appetit rẽ viſaꝝ p; appetitũ non ſolũ ad videndũ ſ etiã ad alios vſus. Aliud gen⁹ potentiaꝝ ẽ motiuũ ſm locuz put. ſ. aĩa cõparat ad rẽ exteriorẽ ſicut ad terminũ opatiõis ⁊ mot⁹. Ad ꝯſequẽdũ. n. aliqđ deſideratũ ⁊ intentũ offie aĩal mouet ⁊ q̃uis ſenſus et appetit⁹ ſint principalia mouẽtia in aĩalibꝰ pfectis. nõ tñ ſenſus ⁊ appetitus inquãtũ hmõi etiã ſũt ſufficientia ad mouendũ niſi ſupadderet eis aliqua virt⁹. Nã in immobilibus animalibꝰ ẽ ſenſus et appetit⁹. ſ tñ hãt vim motiuã. Dec aũt' vis motiua eſt nõ ſoluz in appetitu et ſenſu vt in opante motũ ſ in ipis ptibus corporis vt ſint habilia ad obediendum appetitui anime mouentis. hec. b. Tho.

Potẽtiarũ autẽ .§.VII.

anie rõnal' q̃nq; ſunt genera ſm pl̃m in. ij. de aĩa ⁊ oĩs actio hũana ab his pcedens tũc bñ agitur ⁊ meritorie qñ ex gña in aĩa agit. vñ ps. aĩa mea illi viuet. ſ. vita gñe et ſemẽ eius ſaluet ipi. Semẽ ſpirituale ſeu gñatio aĩe eſt q̃ntuplex gen⁹ potẽtiarũ q̃ fluũt a ſic gñant ab aĩa q̃ tũc ſaluũt ꝓpo. cũ anima viuit ei. ſ. ex gña. Põt ⁊ iſte figurari p. v. talẽta tradita a dño ſuo ſuo mat. xxv q̃ tũc duplicãt. vñ tal' intrat in gaudiũ dñi. cũ. ſ. q̃s eas exercet. nõ ſolũ inſtinctu hũano rõis vt pl̃i. ſ etiã diuina illuſtratiõe gñe vt ſcti. nec põt iſta expoſitio incongrua reputari. q; diſſuta eſt ab his q̃ ſequũt in illa pabola. i. nõ cotrñdet eis Nã ſubdit de duobꝰ talentz. aut vno tñ alijs dat. Certũ eſt aũt q; oẽs hoies hãt pdictas oẽs potẽtias Dicit. n. b. tho. ſuper cant. in plogo q; illud bz locũ in expoſitiõe literali ſcripture. ſ. q; oz qđ non ſit diſſuta. ſ vñdeat pcedentibꝰ ⁊ ſequẽtibꝰ. hoc aũt nõ requirit in expoſitõe morali ſcripture. vt ptz in expoſitz doctorũ. Debz q̃ q̃s opari ſm potentiã motiuaz ex gña eundo ad tẽplũ vt xps et apli Act. nj. nõ aũt ad thratrũ l' ſpectaculũ. Tales. n. debẽt pũiri de ſe. di. i. In die debẽt moueri ad indulgẽtias et laudes diuinas. ps. Lauda aĩa mea dñm ⁊ q̃ ppiatur oĩbꝰ iniq̃tatibꝰ tuis p; indulgẽtias q̃ ad penã p; laudẽ ꝯfeſſiõis q̃ ad culpã. nõ aũt dz ire ad choreas. ibi. n. amputat figurate p; caput io. baptiſte. Mar. vi. q̃ interptat in q̃ eſt gña. Debz moueri ⁊ opari ad iuuandũ ꝓximos. vt thobias q̃ diſcurrebat p; ciuitates viſitãdo. ꝯfortãdo captiuos. veſtiendo nudos. ſepeliendo et hmõi. Et vt paulus q̃ laborabat manibꝰ ſuis. ad ꝓuidendũ ſibi ⁊ ſuis nõ aũt diſcurrẽdo cũ malis ad iniquitatẽ. de quibus Salo. puer. i. pedes eoꝝ ad malũ currunt. et ſic anima laborãtis laborat ſibi. Vegetatiua hñ vt dz. viz cibis et ponbꝰ q̃ deſeruiũt nutritiue et augmentatiue vtendo ad neceſſitatẽ ñ voluptatẽ Nã ⁊ helias carnes comedit. et dauid aquã cõcupitã. ſ. de ciſterna bethleẽ effudit. Cñ bibẽdo di. rli delicie. Venereis aũt actibꝰ q̃ deſiuũt gñarie ꝓpter ſe cũ ꝯiuga ſua ⁊ ñ alit ad plẽ ꝓcreandã vl' debiti redditõem ñ ad libidinẽ expletã. xxxij. q. iiij. vir cũ ꝓpria. ibi tũc cũ glo. ſua. Cũ ſenſitiua bñ q̃ſ cõmerciat cũ ſenſus exteriores. ſ. viſuz. auditũ et alios ſub diſciplia cuſtodit rõis. nõ eos exercẽs ad curioſitatẽ. vt ille q̃ dixit. iuga boũ emi. v. ⁊ eo ꝓbare illa. luc. xiij. ſ. p; curioſitatẽ paſſiõis inſup appetitus ſenſitiui mortificat a victo. Talentũ intellectiue duplicat cũ q̃s ipz applicat ad ꝯſiderãda ſpiritualia ⁊ diuĩa ad intelligendũ ſacra eloq̃a. q; vt dz. xlviij. Sicut ſtellas celi non extinguit nox. ita mẽtes fideliũ inhrẽtes ſacre ſcripture firmamẽto. nõ obſcurat mundana iniq̃tas. qđ faciebat. b. virgo maria. cui dixit ſimeon. tuã ipi⁹ aĩam pertranſibit gladi⁹. Lu. ij. qđ exponit amb. de gladio ſpũali. qđ ſm aplm eſt verbũ dei. qđ in ſcripturis

positū valde trāsiuit p aīaz.i. intellectū ⁊ mētez virginis pferēdo scripturas adinuicē ō eo. Talentū aūt appetitiue augeť dū qs affectū hz ad deuz exēplo ysaie dicētis. Alia mea desiderauit te in nocte et spū meo in pcordijs meis. vel va amicicia caritaťz afficiť ad primū, vñ de dauid dr.i. re.⁊ vitj qz aīa eius agglutinata ē cū aīa Jonathe.s. affectu amicicie ⁊ caritaťz. Diligere.n. et desiderare deū et salutē primi est actus volūtaťz et vt passiones appetit⁹ sensitiui refrenet rōe. Si qs aūt vel let totā istam parabolā exponere de bonis nobis a deo traditis. Tūc pōt dici qz.v. talēta sūt. v. genera bonoz circa q versanť opatiōes nre. q oēs pce dūt a potētijs ipius anie. et primū talentū est bonū nature datū ad exercendū. Vat. pr. Quid hic statis tota die ociosi. ite et vos in vineā meā. i. animā ad laborandū. et figurať per talentū eneuz. Scōm est bonū gre collatū ad augendū. tj. cor. vi. hortamur vos ne in vacuū grām dei recipiaťz puer. ntj. iustioz semita quasi lux splendens crescit ⁊c. et figurať per talentū aureū. q2 sicut aurū excedit oia metalla. ita gra oia būana. Tertiū est bonū scie datū ad docendū mat. vl. Docete omīs gentes. sa p. vij. dr de ea sine inuidia cōico ⁊ bone statē illius nō abscondo. Et figurať per talentuz argenteū. De q ps. Elaqa dñi casta argentū ⁊c. Quartū ē bonū potētie datū ad defendendū se ⁊ alios. Ysa. i. Subuenite oppresso. iudicate pupillo. defendite viduā. xxij. q. iij. qui pōt obuiare. et in. c. seq. Et figurať per talentū ferri. q2 ferrū sua potentia et vigore domat alia metalla efficaciter. Quintū est bonū opulentie datū ad subuenien dū. Lu. xi. Quod superest date elimā ⁊ oia mūda sunt vobis. Et figurať per talentū plūbeū. de q zach. v qz plūbū vili⁹ ē et graui⁹ alijs metallis. ita tpalia sunt vilia et grauia. Aliqui vero ex predictis tm̄ duo talenta habuerunt. scilicet bonum nature et gratie. Alij tm̄ vnum. scz bonum nature. nec taľ excusatur si non exercet. hec in catholicon.

De ordine ipsa. §. VIII

tū potentiaz ad inuicē. dicit. b. tho. in. i. parte. q. lxxvij. arti. iij. qd cū vna sit aīa. potētie aūt plures ordine quodā ab vno in multitudinē pcedať. necesse ē inter potētias ordinē ponere. Rm̄ cpenden tiā vni⁹ ab altera quātū ad ordinē nate. put perfecta naturaliter priora sūt imperfectis. sic potētie intellectiue sūt priores sensitiuis. vñ dirigūt eas ⁊ imperāt eis. Et silr potētie sensitiue sunt priores potētijs nutritiue aīe. Scōm vo gradationis ordinē et ipis ecouerso se hñt. Nā potētie aīe nutritiue sūt priores potētijs aīe sensitiue in via generationis et ad eaz actiōes corp⁹ pparāt. Silr etiaz de potētijs intellectiuis respectu sensitiuaz. Cū aūt potētie cognoscanť per act⁹. sicut actus vnius potētie causať ab alio. vt act⁹ fantasie ab actu sensus. sic vna potētia causať ab alia. cuius. n. oīs potētie fluant seu pcedūt ab essentia aīe. ordine tñ qdā vt vna pcedat ab aīa immediate. alia mediante alia ⁊ h⁹. et si dr qz potētia qlibz aīe est accidens. si vna ē ab alia tūc accidens subiectū eēt accidēs. quod esse nō pōt. Rñ. b. Tho. qz accidens p se nō pōt eē subiectū accidētis. sed vnū accidens per prius recipiť in substātia qz aliud. sicut prius quātitas qz qualitas. Et b mō dr accidens vnuz esse subiectū alteri⁹. vt superficies coloris inquātū substātia. vno accidēte mediāte recipit aliud. ⁊ si militer de potētijs aīe. De his aūt qnqz generibo potētiaz qz uis oēs bēant principiū ab aīa. tñ qdaz sunt q solū sunt in aīa vt in subiecto vt intellect⁹ et volūtas. Et has necē est remanere ēt destructo corpe. cū subiectū eaz. i. aīa remaneat immortal. Quedā sunt in principio vt in subiecto sicut oīs potētie nutritiue. sensitiue ⁊ motiue. ⁊ qz destructo subiecto nō pōt accidens remanere. iō corrupto ꝯiuncto. i. dōie nō remanēt ille potētie actu s tm̄ virtute. sicut in principio vel radice. et si obijciatur qz in li. de spū et aīa dr. qz anīa recedit a corpore tralxtus secū sensuz ⁊ imaginationē. rōem et intellectū. irascibilitatē et ꝯcupiscibilitatē. Rñdz be. tho. qz liber ille nō hz autoritatē. vñ qđ ibi scriptum est ea facilitate ꝓtemnit⁹ qua pbať. Vel pt dici qz aīa trahat secū has potētias nō actu s virtute. si etiā obijciať. qz Luc. xvi. fuit dictū diuiti. Recordare qz recepisti ⁊c. Memoria aūt est potētia sensitiua. Rñdit. b. Tho. qz mēoria ibi accipiť eo mō q Aug. ponit mēoriaz in mēte. put. s. ē partis intellectiue. nō. put est potētia ptis sensitiue.

Ca. scōm de potentia vegetatiua et sensitiua.

Vegetatiua distin

guitur in tres ptes siue potētias. scz nutritiuū. augmentatiuū ⁊ generatiuum. Vñ in. ij. de aīa dicit pb⁹ qz opera hui⁹ anime sunt generare alimēto vti et augere. Pro b⁹ declaratiōe dicit. b. Tho. in. i. pte. q. lxxviij. arti. iij qz vegetatiuū hz p obiecto corpus ipm̄ viuēs per aīaz. Ad quod triplex operatio anime est necessaria. Una p quā esse acquirat. ⁊ ad hoc ordinatur potētia generatiua. alia p quā corpus viuens acq̄rat debitā quātitatem. et ad hoc ordinať vis augmentatiua. alia p quā corpus viuētis saluatur et in esse et in debita quantitate. et ad hoc ordinať vis nutritiua. Est tm̄ quedā dōa attendēda inter has potētias. Nā nutritiua et augmētatiua hñt suū effectū in eo in q sunt. qz ipm̄ corpus vnituz anie augetur ⁊ cōseruať p vim augmētatiuam ⁊ nutritiuā in eadē anima existentē. Hz vis generatiua hz suū effectum non in eodem corpe sed in alio qz nil est generatiuū sui ipius. ⁊ iō vis generatiua appropinquat quodāmodo ad dignitatez anie sensitiue que hz operationē in res exteriores.

Capitulum Tertium

ꝛ sic in his pfectior est generatiua. Est em rei pfecte facere alterā qualis est ipa. Ei aūt deseruiunt nutritiua ꝛ augmētatiua. augmentatiue vero nutritiua. Dicit aūt nutritiua deseruire generatiue potentie ſm. b. Tho. i. pte. q. vlti. qz illud qđ ē cōuersum p virtutē nutritiuā ex alimēto antecē cōuertatur in substātiaz membroꝝ accipita virtute generatiua vt semen. Et huius signū ponit pbs qz animalia magni corpis que indigent mlto nutrimento sunt pauci seminis ſm quātitatē corporis sui ꝛ pauce generatiōis. vt patz in elephante. Silr homines pingues sunt pauci seminis propter eandē cām. Et ꝓpter hanc cām in pueris nō est semen qz superfluum nutrimēti in augmentuz cōuertitur. et iō nō pōt generare. et sic superfluum alimenti est semen. ſm pbm in li. de generatione animaliū. Sciendū etiam ſm te. Tho. vbi supra q alimentū ex cibo et potu vere ꝓuertit in speciem hūane nature. in quātū vere accipit speciem carnis ꝛ ossis et hmōi partiū. Et hoc est qđ pbs dicit in. vj. de anima q alimentū nutrit inq̄ntuz est potentia caro. Mō autem dns dicit Mat. xv. Omne qđ intrat in os in ventrē vadit ꝛ in secessum emittit. nō sic intelligendū est qđ oīe. i. totū qđ intrat in os emittat p secessum. sed quia de omni cibo aliq̄d impurū p secessuz emittit. Et qz virtus oīs in corpe passibili p continuā actionez debilitatur. qz hmōi agentia eiā patiūtur. Ideo virtus ꝓuersiua alimenti in naturaz corpis animalis. In principio quidē est tam fortis vt possit ꝓuertere nō solū quātū sufficit ad restaurationez deperditi sed etiā ad augmentū. Postea vero nō pōt ꝓuertere nisi quātū sufficit ad restaurationez deperditi. ꝛ tūc cessat augmentū. Demū nec hoc pōt. ꝛ tūc fit diminutio. Deinde deficiēte hac virtute total iter deficit aīal. Sicut virtus vini conuertentis aquā mixtā. paulatim p admixtionem aque debilitatur vt tandē totuz fiat aquosum. vt pbs exemplificat. Qđ aūt aliqui dicūt q alimentum nō ꝓuertit in veritatē hūane nature. sed accipit alimentū vt quoddā fomentū. s. vt resistat actioni caloris naturalis ne ꝓsūmat humidū naturale. sicut plumbū vel stannuz adiungit argento ne ꝓsummat p ignē. Sed illa materia que in primo hoīe forme hūane fuit subiecta in seipa multiplicatur. ꝛ hoc mō multitudo hūanoꝝ corporuz a corpore primi hominis derivat. Totū hoc reprobat te. Tho. ibi p multas rōes. pbans. q vere cōuertuntur alimentum in naturam hominis.

De potentia sensitiua. Capitulum Primum

Hec est duplex viz exterior ꝛ interior. Exterior dicit que hz organa in qbus est affixa exterius visibilia. Ista aūt subdistinguit in quiq̄ sensus exteriores. s. visum. auditū. odoratū. gustū ꝛ tactū vt ponit pbs in. ij. de aīa. Pro cuius declaratione, dicit te. Tho. in. i. pte. q. lxxviij. orti. iij. q rō numeri ꝛ distinctiōis exterioꝝ sensuū accipienda est ſm id qđ ꝓprie ꝛ p se ad sensum ptinet. Est autez sensus potētia passiua q̄ nata est imutari ab exteriori sensibili. exteriq̄ g immutatiuuz est qđ ꝓprie ꝛ p se a sensu ꝑcipit ꝛ ſm eius diuersitatē potentie distinguūtur. Est autē duplex immutatio. Una naturalis ꝛ alia spūalis. Naturaliter quidem ſm q forma immutātis recipit in immutato ſm eē naturale. sicut calor in calefacto. Spūalis aūt ſm q forma immutātis recipitur in immutato ſm esse spūale. vt forma coloris in pupilla q̄ nō fit p b̄ colorata. Ad opationē aūt sensus requirit immutatio spūalis p quā intētio forme sensibilis fiat in organo sensus. Sed in qbusdā sensibꝫ inuenit immutatio spūalis tm. sicut in visu. In qbusdā aūt cū immutatiōe spūali eiā immutatio naturalis. Et hoc vel ex pte obiecti tm vel eiā ex pte organi. Ex pte aūt obiecti inuenit immutatio naturalis ſm locū. vt in sono q̄ est obiectū auditus. Nam sonus ex ꝑcussione causat et aeris cōmotiōe. Sed in alterationē vero in odore qui ē obiectū olfactus. Oportet. n. p calidū aliq̄ mō alterari corpus. ad hoc q spiret odorē. Ex pte aūt organi est immutatio naturalis in tactu ꝛ gustu. Nā ꝛ manus tangēs calida calescit. ꝛ lingua humectat p humiditatē saporū. Organū vero olfactus ꝛ auditus nulla naturali immutatiōe immutat in sentiēdo nisi per accidens. Visus aūt est maxīe spūalis qz est absq̄ aliqua immutatiōe naturali organi vel obiecti et ꝑfectior inter oēs sensus ꝛ cōtior. ꝛ post hūc auditus. deinde olfactus. Tactus aūt ꝛ gustus sūt maxime materiales. Et iñest q aliq̄ tres sensus nō fiunt p mediū ꝓiunctū. ne aliq̄ naturalis transmutatio ptingat ad organū vt accidit in his duobꝫ sensibus. Est aūt triplex sensibile obiectū. s. ꝓpriū. cōmune ꝛ per accidens. Sensibile ꝓpriū est qđ primo ꝛ p se immutat sensum. vt color visuz. sonus auditū ꝛ hmōi. Sensibile cōe est qđ ñ ꝓprio et p se mouet sensuz sed rōne sensibilis q̄litatis existētis in eo vt superficies rōne coloris ꝛ hi. Sensibile vo p accidēs qđ ñ facit aliquā dispositatē i immutatōe sensus.

Capitulū tertiū de singulis quinq̄ sensibus.

De visione corporali quō fiat

Plato ꝛ Empedocles opinati sunt q modus videndi fieret extramittendo radios ab oculis. nō int suscipiendo sicut est veritas. Qđ ꝓbabant hac rōe. Si visio perficeretur suscipiendo intus. tūc non esset necesse vt q̄ñ aliquis acute velit videre nisi q aperiret oculos. ꝛ quāto magis aperiret tanto magis videret formā. Sz contrariū apparet. et ſm hoc tz Aris. qz q̄ñ aliqs vult acute videre magis ꝯstrīgit palpebras ꝛ artat oculos. ita q ille conatus designat aliquid a se ejicere ꝛ emittere et nō recipere. Sed

q̄ ista opinio sit falsa ⁊ impossibil'. s. q̄ visio fit ex tramittēdo. ita q̄ lux piramidal' egrediat' a visiōe vt dīt illi. oñdit' p̄ ꝫ̄ q̄ lux ñ pōt egredi a visu ni si q̄tuor modis. Pmo q̄ aut lux erit ꝯtinuata cū vidente ⁊ cū tota re visa ꝯiūcta. Scdo aut lux in visione ꝯiungit' cū tota re visa ⁊ sepatur tota a vidente. tertia aut lux egrediens nō est ꝯiūcta cū tota re visa ꝫ̄ cū aliq̄ pte eius. Quarto aut lux pficiens visionē sepat' ab vtroq̄. s. re visa ⁊ vidēte

Et primū q̄dez eē ñ pōt. s. q̄ lux egrediēs ꝯtinuet' cū tota re visa ⁊ vidente. Cui⁹ rō est. q̄ cū videm⁹ astra celi seq̄ret' q̄ lux egrediēs extenderet' vsq̄ ad astra celi. qđ est impossibile cū egredi non sit nisi corpor. lux aūt nō est corp⁹. Scōm etiaz. s. q̄ tota lux separet' a vidēte ⁊ ꝯiungat' cū re visa qđ eē nō pōt. q̄ qđ nō ꝯtingit vidētē nō videt' Cū ꝫ sil'e esset ac si q̄s ētiēdo tāgat manu abscissa Tertiuz. s. q̄ lux ꝯiūgat' cū aliq̄ pte rei vise. Hoc ñ pōt esse. q̄ tūc nulla res videret' ꝑm se totaz ꝫ p̄ pte q̄ a luce tangit'. Quartū. s. q̄ lux egrediens nō cōtinuet' nec cū re visa nec cū vidēte ꝫ ab vtroq̄ sepetur. Hoc etiā nō pōt eē q̄. si lux nō ꝯtinuat' cū vidente nō videbit. Si nō ꝯtinuat' cū re visa nō videbit. Sic ḡ in vanū ponit' lucē egredi a visu. Ad rōem aūt p̄dicte opinionis. cū. s. dr q̄ volēs videre acute nō apit oculos ꝫ ponit' ꝯstringit. Rñ. q̄ ꝫ nō fit q̄ lux exprimat' vl' emittat' a visu ꝫ ponit' vt crystallin⁹ humor vniat'. ac virt⁹ visiua ⁊ adiuuet' ⁊ ꝯfortet'. q̄ virtus vnita ē fortior diuisa. Cū natura ordinauit cilia eminēta ⁊ grossa ⁊ nigra vt adiuuent visuz ne ꝯfundat' disgregat⁹ a luce l' lumine exteriori. Cui⁹ signū ē q̄ cū aliq̄s vult videre subtiliter ⁊ acute obūbrat visū. vt p̄ vmbrā vt⁹ visua ꝯgregēt'. Alb. ⁊ tho. in cōmento sup̄ li. de aīa.

Fit ergo visio per .§. I.

receptionē ꝑm Aristo. nō p̄ emissionē radiorū ab oculis. Ad quā visionē corpalē necesse ē q̄tuor p̄ ordinē cōcurrere. Et primū est color in obiecto visus. Color enī mouet diapbanū ad sui susceptionē. q̄ motus nō est local' ꝫ motus alteratiōis q̄ alteratio est mot⁹ ad formā q̄ est q̄litas rei vise. Ubi sciendū q̄ color in corpe colorato est qualitas cōpleta in suo esse naturali. immediate aūt ē qualitas incōpleta ꝑm esse rōnale. Scōum qđ requirit' ad diuisionē est diapbanū. i. aliq̄d corp⁹ pspicuū puta vitrū. aqua vl' aer. q̄ si inter visibile ⁊ visuz nō esset mediū trāsparens sed vacuū cū in vacuo nō possit esse ꝯtactus. tūc visibile nō immutaret ⁊ visus ñ īmutaret'. Tertiū qđ req̄rit' est lumē. qđ lumē est necessariū. nō quidē ex pte coloris qui de se est visibil' sed ex pte diapbani. Nā color cuz sit lux obscurata ex admixtione corpis opaci. nō mouet diapbanū pfecte ⁊ in vltima dispositiōe ꝫ lumē in vltia dispositiōe facit diapbanū receptiuū coloris. Quartū qđ requirit' est potētia sensitiua sil' cū organo. potētia em̄ sensitiua est principium visionis q̄ potētia exercet' p̄ corpus. ⁊ est iuxta cerebrū interius vbi ꝯiungunt' duo nerui ex oculi⁹ procedētes. Organū etiā requirit'. i. oculus qđ nō dr esse igneū nec aereū sed aqueuz ꝑm Aristo. Et ꝫ rōe pspicuitatis nō ꝑm q̄ aqua. pspicuū em̄ aqueum ⁊ magis ꝯseruat q̄ aer ⁊ magis repūnat. Alb. ⁊ Alb. in cōmēto de aīa.

De quinq̄ sensibus corpis hi figurant' p̄ quinq̄ porticus piscine. de q̄bus dr Jo. v. In his iacebat multitudo magna languentiū. Aqua piscine significat mollē ⁊ fluidam carnē. circa quā sunt quinq̄ sensus. Vel melius. Piscina in qua lauabant' oues sacrificande ⁊ deo offerende. ꝓpter qđ dicebat' ꝓbatica a proba ron hebraice qđ ē ouis latine ⁊ signat pniaz ī qua lauant' a sordib⁹ spūalibus aīaz oues x̄pi. Quinq̄ portic⁹ circa eā sunt quinq̄ sensus principia pcōz. In his iacet ꝯ infirmus est p̄ pctm̄ quiescens in hmōi sensationib⁹ ⁊ ꝯ sequūtur ex eis. Ex his oportet exire qui vult sanari ⁊ intrare in piscinam pniē. et hoc post monitionē aque ab angelo. i. post p̄dicatoris vel sacerdotis admonitionē. vel angeli instigationē aut dei inspirationē. virtute autez crucis q̄ ibi dr fuisse tūc abscōdita. sanat' vn⁹ tantum. i. qui in vnitate fidei ⁊ caritat' pniam agit. ⁊ qui prior. i. qui hz sollicitudinē. i. diligentiā ad ꝫ Hi etiā figurant' p̄ quinq̄ reges in terra pmissionis q̄s cruci affigi precepit Josue. Hi. n. sensus vsurpant sibi dominū sup̄ aiam. Xp̄s ihesus iubet cruce modestie ⁊ austeritatis mortificari vt exponit Origenes super penta. Unde christ⁹ Luce. xnij. Qui non accipit crucem suam ꝛc.

Jn porticu ergo .§. II.

visus iacet multitudo languentiū spūaliter mltipliciter. q̄ sicut nobilior sensus ita periculosior. Et precipue Et lepra lasciuie. Et idropesi auaricie. Et cecitate inuidētie. Visus si non refrenatur multū ducit ad lasciuiā ⁊ luxuriā. Unde Treñ. iij. dr. Oculus meus ꝛepredat⁹ est aīam meā in cūctis filiab⁹ vrbis mee. Jn hui⁹ exēplum et figurā Dina q̄ egressa ē de domo vt videret mulieres ꝛapta et violata ē a Sichen. Gen. xxxnij vñ Aug. Nec dicatis vos hīe aīos pudicos si habeatis oculos impudicos. Quintilian⁹. Oculi sūt tota luxuria nīa. hi nos in oīa q̄tidie vicia p̄cipitant. Narrat iō quosdā p̄b⁹ vt totā cogitationē ad mēris puritatā cogerent sibi oculos eruisse. Et q̄b⁹ nō benefecerint. tñ cognouerūt quātū malū sequat' ex vsu inordinato visus. Dñs. n. xp̄s dixit Mat. xviij. Si oculus tuus dexter scādalizat te erue eū ꝛc. Nō intelligit' de materiali extractōe qđ ꝓhibetur, sed de spūali. viz q̄ si aspect⁹ alicui⁹ rei īducit hoiez ad ruinā. puta fornicatōez dr subtrahere ñ oculū ꝫ actū. i. ñ aspicere. moraliter aūt oculus dexter est status speculatiuus ⁊ ꝯēplatiu⁹.

Capitulum Tertum

Quẽ si ꝗs vidz inducere ad ruinã ꝛ ꝓpter dubia fidei vꝫ supbiã ꝛ hmõi abutẽdo debet dimittere et tradere se actuis. ¶ Infirmatur quis ex visu idropsi auaricie. Sicut enim idropicus nõ põt satiari potu sic nec cupidus pecũia. eccle. xiiij. Insatiabilis est ocls cupidi. nõ satiabit donec ꝯsũmatur arefaciẽs aiam suã. ps. Tabescere fecisti sicut araneã aiam ei⁹. s. cupidi. i. deus tu ꝓmisisti defice re ꝛ ꝯsumi sicut aranea se euiscerat faciẽdo telas ad capiẽdas muscas. ita auarus ad excogitandas malicias ꝛ fraudes. Aspectus ḡ rex inducit cupiditatẽ earũ. Sicut acbor videns regulã aureaz ꝛ clamidẽ coccineũ furatus est ea Iosue. vij. c. ¶ Ad auget visus inuidiã. Videns enim aliꝯs ꝓsperitatem ꝛ excellentiã alterius cui nõ afficit. affligit inuidet videre nõ põt. eccle. xiiij. Nequã est oculus inuidi ꝛ auertens faciẽ despicit aiam suã. Vñ saluator in pabola vinee dixit vni ex murmurantibus. An oculus tu⁹ nequã est qz ego bonus sum Matb. xx. Sic filij iacob videntes q̃ ioseph a ptre plus aliꝯs amaretur inuidebant ei. ꝛ propter hoc vendiderunt ismaelitis Gene. xxxvij.

In porticu audi. §. III

tus iacet alia multitudo infirmoꝝ spũaliter ꝛ precipue inducit ¶ Iracundie feritatez. ¶ Erroris falsitatem ¶ Gentis vanitatẽ ¶ Cũ ꝗs enim audit que sibi nõ placent turbat. Vñ phariseiaudi tis verbis xpi scandalizati sunt iniuste tñ. mat. xv Sic Herodes audiens de natiuitate noui regis turbat⁹ est. mat. ij. Vñ ꝛ Chilo vnus de septẽ sapientibꝰ mũdi. Ne maledicas inquit primis. audies enim vñ et tu ꝯtristeris ps. Dñe libera aiam meã a labiis iniquis ꝛ a lingua dolosa. ne. s. audiam eã. ꝛ ex hoc vt ex ꝓtumeliis ꝛ hmõi irascar. Auditus cũ indifferẽter adhibet inducit multos errores. dũ scz credit qđ audit et dicit. p. parrialitarum disseminatores vel detractores. ij. Thi. iij. Sanã doctrinã nõ sustinebũt ꝓrientes auribꝰ Sed a veritate quidẽ auditũ auertẽt ad fabulas aũt quertent Isa. xxx. Loquimini nobis placentia et audiemus ꝛc. Eua qz audiuit serpentez loquẽtem iniuriã dei faciliter credidit et ruit. Non solũ reus est q̃ malũ de alio ꝓfert ꝫ etiã qui aurẽ cito criminibꝰ prebet. xi. q. iij. ¶ Inducit vanitatem. qz cũ quis laudari se audit inde supbit vꝫ gloriat. sicut herodes agrippa. qz libẽter audiebat a ꝑplo laudes dei sibi dari ꝓcussus ab angelo fuit ita vt scaturiret corpus eius Actu. xij. Audiendo etiam ociosa ꝛ inutilia mens efficitur vana et indeuota tempore orationis et curiosa. Vñ de athenientibus curiosis dicitur q̃ ad nihil aliud vacabant nisi vt audirent vel dicerent aliquid noui.

In porticu odo. §. IIII

ratus multitudo et magna iacet infirmantiũ spũ aliter ꝓ diuersa peccata. ¶ Inuenit in eo crudelitas. ¶ Exercetur multa gulositas. ¶ Procurat carnalis suauitas. ¶ Psal. Longe fecisti. i. ꝓmisisti fieri notos meos a me. posuerũt me abominationẽ sibi scz propter infirmitatẽ passionis. Marcha etiã dixit xpo qñ iussit tolli lapidez a monumento. Dñe iã fetet quadriduan⁹ enim est. Jo. xi. Et sic videbat crudelis germano resuscitando nenaribus sentiret fetorẽ. ¶ Multi propter ꝫ abominantur paupes et crudeles sunt propter sudores ꝛ fetores eoꝝ. nec visitant infirmos. incarceratos. mortuos. nec recipiũt ꝑegrinos. sicut diues Lazarum in domo noluit recipe vlceros̃um qui sepultus est in inferno. ꝛ ꝓpter huius crudelitatẽ dicetur multis. Ite maledicti ꝛc. ¶ Multi q̃rũt sentire varios odores. ꝛ ex his inardescit viciũ gule. Dicit Hiero. q̃ vultur et aquila odorãt transmarina cadauera. et ad hmõi escam ꝯgregant⁹ diuolando. Sic gulosi sentientes odorẽ alicuius cibi multũ discurrũt et laborant ad illũ hñdum quãcunq; etiã esset immundũ et nociuũ. Vñ et iosephus narrat in li. de bello iudaico q̃ hierosolima obsessa a tito filio vespasiani quidã sentientes odorem carnis assate q̃ discurrebant ꝑ ciuitatẽ. intrauerũt domũ vidue et inuenerũt filiũ eius prefame assatũ ꝛ iam in ptes comestũ. Et q̃ in figuram predicta aialia. s. vulturẽ et aquilã i odore sequũtur et comedũt cadauera immũda declarant. ¶ Queri⁹ a multis odor ꝓpter illã delectationẽ tal⁹ sensus. et si fieret ad ꝓfortandũ eos in infirmitate nõ esset malũ. Juxta illud. vngento. i. variis odoribus delectat⁹ eos et bonis amici ꝯsiliis aia dulcoratur. ꝓuer. xxvij. Sed cũ fit ad voluptatem et vanitate vt aliis redoleat multuz displicet deo. et ꝓpter hmõi dicit cõminando dñs ꝑ Isa. iij. c. Erit ꝓ suaui odore fetor. ꝑ zona funicul⁹ ꝑ crispanti crine caluiciũ ꝛc. Et ibi et replendunt⁹ olfactoriola.

In porticu gustus. §. V

iacet alia multitudo languentiũ spũaliter. nã inducit plura mala ꝑ abusum rõis. ¶ Est enim obfuscatiuus. ¶ Ariditatis inductiu⁹ ¶ Vlite vtriusq; destructiuus. Job. vi. que prius nolebat tangere. anima mea nunc pre angustia cibi mei facti sunt. i. que prius ꝑm iudiciũ rõis dispositã non sumere cibaria gustando. cũ angustia ꝛ remorsu ꝯscientie indifferẽter. sumit etiã ad voluptatem. Gustus enim cũ delectat sensualitatẽ obfuscat rationẽ vt quasi videat recte facere q̃ ex gule sumit appetitu Gre. in moral. In ipo esu dũ furtim gula surrepit edenti delectatio ꝓmiscet Vñ plerũq; cõtingit vt refectionẽ corpis q̃ salutis cã capimus cã voluptatis expleam⁹. Exemplũ in noe et loth gusto dulcedis vini ebriis facti. Est ariditat⁹ mẽtalis inductiu⁹ sicut enim gustata suauitate spũs despicit omis caro ꝑm Bern. ita ecõuerso gustata

ſua uitate cibi ex gula deſipiūt ſpūalia.ps. Dēm eſcā abominata ē aīa illoꝝ, vñ dicebāt .aīa noſtra nau. ſup ci. iſt. leuiſ. ſ. mane. quod ſignat ſpūalia deſtruit vitā corpalē ꝛ ſpūalē guſtus immode/ rate vſus. ecd xxxvij. ꝓpter crapulā multi perierūt mēte ꝛ corpe. binc ꝛ Criſo. Exceſſus ciboꝝ conſu mit ꝛ putrefacit corp⁹ ꝛ egritudine diuturna ma cerat. ꝛ tūc demū morte crudeli ꝓſumit. de ꝓſe. di. v. nihil. Ad idē Jnno. in li. de miſeria hoīs dicit. Tā eſt breuis gule voluptas vt ſpacio loci vix ſit iij. digitoꝝ. ſpacio tpis vix ſit. iiij. momentoꝝ. et dū auiditas neſcit modū et vorācitas excedit mē ſurā grauāt ſtomachus, turbāt ſenſus corpis. q̄ſi equi ſine frēo currētes. aīe vero aurige ñ retinent frena ꝛc. Loquit ibi de guſtu. taz multa aīalia ca piūtur ad mortē ꝑ guſtū, vt piſces hamo. adeſca/ to aues. mures ꝛ huiuſmodi.

In porticu tactuſ .§. VI

multitudo eſt iacet infirmoꝝ. ꝛ licz ſit hic ſenſus ꝑ totū corpus p̄cipue viget tū in manibo. Eſt lu xurie ꝓperatiuꝰ. eſt iniurie illatiuꝰ, eſt ſubſtantie ablatiuus Leui. v. aīa q̄ tetigerit aliq̄d immūdū rea ē. q̄ tetigerit picē inq̄nabit ab ea. eccl. xiij. q̄ in gredit ad vxorē ꝓmi ſui nō erit mūdus. cū teti/ gerit eā. i. Cor. vij. Bonū eſt mulierē nō tangere Eſt aūt valde piculoſus oīs tact⁹ ex libidīe ꝛ mor tiferus extra mtimoniū. Per man⁹. n. in q̄bus ma xime viget tact⁹ ledit ꝓxim⁹ verberādo. vulneran do. occidēdo ꝛ b⁹ rñ dñs ꝑ ps. nolite tāgere xp̄os meos. i. inunctos. Oēs xp̄icole ſūt in baptiſmo et confirmatiōe iuncti. p̄cipue tū ſacerdotes Zach. ij. Qui vos tāgit. ſ. iniuriādo tāgit q̄ſi pupillam oculi mei. Cū q̄dā mlr dediſſe qua impatricis ar riane q̄ tetigit ambroſiuz ꝑ veſtē temere dicens. vt deſcēderet de ſede ſua' cū cin⁹ mortua eſt. Per manus aūt fiūt furta, rapine ꝛ mlta mala opa in utilia. vñ Jſa. i. dr. Man⁹ vre plene ſūt ſanguine Jſa. lij. Recedite et iū exite polluti nolite tāgere .i. faciēdo aliq̄d illicitū. Si q̄s ḡ aliqua hab⁹ infir mitatū grauāt deſcēdat in piſcinā pnīe et virtute crucis ſaluabit⁹ vñ in figurā xp̄s in cruce quinq̄ vulnera ſuſtinuit magna. ſ. in manib⁹ et pedib⁹ ꝛ latere. ſ. vulnera nra q̄ ꝓtrarim⁹ ex q̄nq̄ ſenſibus ſanaret. et ip̄os ſenſus exēplo ꝛ meditatiōe cruce mortificemus. Apl's ad gal'. v. q̄ ſunt xp̄i carnem ſuā crucifixerūt cū vicijs. ꝓpterea aīe dr can. ij. dei colūba mea i foraminib⁹ petre ꝑ meditatōnē pla garū manuū et pedū. In cauerna macerie. i. pla ga lateris.

De quinq⁹ ſen .§. VII

ſibus ſpūalib⁹ q̄bus ſentit⁹ deus dū q̄s bñ cuſto/ dit ſenſus exteriores. Pro cui⁹ declaratiōe ſcien/ dū q̄ aīa nra figurat⁹ ꝑ bieroſolimā ſm doctores Dedi te ait dñs biere. i. vt ciuitatē munitā, te. i. aīam tuā. Ad munitionē ciuitatis vtra arma vir tutū ꝛ victualia ſacroꝝ eloquioꝝ q̄b⁹ aīa paſcit⁹, requirit⁹ et cuſtodia diligēs portaꝝ. vñ dñs deu. vi. Cuſtodi' te ip̄m q̄ntū ſcz ad ſenſus exteriores et aīaz tuā ſcz quātū ad cogitatōes interiores ſol licite. Oſtia em̄ inq̄t ꝓdita ingreſſa ē p̄ feneſtras nras. Nec ſufficeret cuſtodia ꝓpria niſi adiungat⁹ gre dei cuſtodia. Nō ps. intelligēs orabat dicēs. cuſtodiat aīam tuā dñs. Dñs cuſto. intro. tu. ꝛ ex itū tuū. i. ſenſatiōes exteriores. q̄b⁹ ſilitudies rep ingrediunt⁹ ad aīaz. et exitū. i. interiores affectōes q̄bus aīa q̄ egredit⁹ ad appetituz rep mat. xv. Ex corde em̄ exeūt cogitatiōes male ꝛc. Dicit⁹ aūt bie roſolima fuiſſe ſep portis mūita. vt elici p̄t ex li. Neemie q̄ ſignat ſep portas aīe. ſ. ſenſuū. Nā cuz in lingua et palato nō ſolū ſit guſt⁹ ꝫ etiā locuno ꝑ quā multa et bona et mala ingrediunt⁹ ad aīaz iō ipa loq̄la ponat⁹ ꝑ ſepta porta. Prima igitur porta birlim dicebat⁹ porta fontis ſiloe, q̄ ꝑpe erat ibi fons ſiloe vbi illūinat⁹ eſt cec⁹ Jo. ix. ꝛ ſignifi cat viſum. Cuſtodiēda eſt ꝓinde porta oculoꝝ ſi cut faciebat Job di. Pepigi fedus cū oculis meis vt nec cogitarē quidez de virgine. Auerte oculos meos ait ps. ne videāt vanitatē ſcz mlieꝝ ſicut vi dens verſabee ꝓcupiui. Clauſo aūt iſto oſtio orat q̄s vre prēm ſuū in abſcōdito Mat. vi. vt dicere valeat cū iacob Gen. xxxij. Clidi dñm facie ad fa. ꝛ ſal. fa. ē aīa mea. Elpit em̄ tūc oculus mēꝫ ꝑ con/ tēplationē. ſic ſaulus cum cecat⁹ fuit exteri⁹, tunc ieſum videbat. dicit aug. q̄ñ cetera nō videbat. iō ſancti cōiter clauſis ſenſib⁹ bñt viſiones dei. Scda porta birlim dicebat⁹ porta vall' q̄ in valle erat vel in vallē ducebat. ꝛ ſignat portā diſcipline i. auditus q̄ deſeruit acq̄ſitiōi doctrine. in valle tū būilitatiōis būiliter ſcz ſuſcipiendo doctrinaz. Et hec cuſtodiēda eſt nō audiēdo detractiones vel no/ ciua alia. ſicut eua audiuit ſerpentē in dei iniuri am. q̄b⁹ ſepi aures tuas ſpinis. Hoc clauſo car nis oſtio apit⁹ oſtio ſpūs. audit⁹ aīe q̄ intelligunt⁹ diuine locutiones ꝛ inſpirationes. ps. Audiā q̄d lo quat⁹ in me dñs deus Can. v. Aīa mea liquefacta eſt vt dilectus lo. i. oī tarditate ꝛ frigiditate depo/ ſita ſecuta eſt diuinas inſpiratiōes cū magno deſi/ derio. ps. Jn auditu auriſ obediuit mihi vt abzaā in oīb⁹. Tertia dicebat⁹ ſterquilinij porta. q⁹ ꝑ eā ſtercora ejiciebātur. ꝛ ſignat nareſ in q̄b⁹ ē, odo ratus vñ egrediūtur immūdi e cerebro et ſenniuz tur fetores. et b⁹ claudēda ē rebo mdanio. Hō. n. de us floribo et aromatib⁹ odorē dedit ad vtēdū vo/ luptuoſe b⁹ nccarie. et vt ex b⁹ aſſurgā⁹ ad bonitatē ei⁹ cognoſcēdā. Fennit⁹ aūt odor ſpūal' ab eo q̄ ſen ſus mortificat in⁹ itate ꝑ odoratū ſps q̄ ē diſcretio boni et mali. ſic inter odorē et fetorez. nā ſpūalia cū ꝓfortāt vicia cōturbant. naſus tuus. dr de aīa Can. vij. ſicut turris. i. diſcretio que eſt ita alta vt a lōge cognoſcat occultas inſidias vicioꝝ. ꝛ Can.

Capitulum Quartum

i. In odore vngentoꝝ tuorum currimus. inquit anīa ad sponsuꝫ suū xp̄m. i. in suauitatē exēplorū tue vite. Quarta erat porta vetus q̄ sic dicebatur q̄si a principio facta ⁊ prioz alijs. ⁊ signat gustum qui a principio fuit regulat⁹ prius alijs. dū prohibitus fuit cibo arboris sciētie boni et mali ⁊ alioꝝ p̄cessus. Hunc oportet custodire. qz qui custodit os suū. s. gustando ſm rōem ⁊ nō ſm sensualitatem custodit animā suā. Et tūc gustat⁹ p̄ internam delectationē et gaudiū. dñi p̄s. Gusta. ⁊ vi. q̄m suauis est dn̄s. Dulcis est de⁹ in oꝛe. dulcior in mortificatiōe. dulcissimus in ꝓtemplatiōe ait basilius. Quinta erat porta piscū qz inde apporabant⁹ pisces. et signat tactū. qz sicut piscis gaudz in aqua ita tactus in mollicie. Hūc oportet claudere nō solū a venereis actibo. tactibus ⁊ hmōi. sed etiā ab oībus illicitis. Isa. xxxiij. Beatus q̄ excutit manus suas ab oñi munere. s. a lingua. ab obsequio. a pecunia. i. q. i. sunt nōnulli. In manibo p̄cipue est tactus. quidā contactus spūalis et amplexus ē aīe ad ipm deū p̄ sincerū ⁊ feruidū affectum. dñi aīa Can. v. dextera illius amplexabitur me. ⁊ de mliere sanata ex ꝓtactu fimbrie vestimētoꝝ xp̄i dixit ipe. Tetigit me aliqs Mat. ix. Tetigerat ipa p̄ deuotā affectionē. tangit etiā eiꝰ vestimenta q̄ eū imitat⁹. Sexta porta dicebatur porta gregis. qz ibi accubabāt pecudes. Et signat portā locutiōis vbi multe locutiones bestiales quiescunt ⁊ vicia. Cū g̃ custodiunt⁹ bene lx porte hierusalē intrat iesus in ipam p̄ sensus spūales. s. visum ꝓtemplatiōis auditū executiōis diuinarū inspirationū. odoratū discretiōis ⁊ sancte imitationis. gustū dulcis exultatiōis. tactū feruētis dilectionis. os diuine laudationis. ⁊ in ipo ingressu miranꝺ interiores potētie seu affectus. In cuiꝰ figuram dr Mat. xxi. cū introisset iesus hierosolymam cōmota est vniuersa ciuitas dicēs q̄s ē hic. Hz cū male custodiunt⁹ sensus ejcitur xp̄s seu egredit⁹. iuxta illud. egressus est iesus ⁊c. ⁊ tunc intrat diabol⁹ dñi hiero. Si suscepim⁹ xp̄m in hospicio pectoris nr̄i. ilico fugamus diabolum. Si peccauerimus ⁊ p̄ pcr̄iam ianuā ingressus fuerit diabolus ꝓtinus recedit xp̄s. de pe. di. ij. Si. n. inqt

Capi. q̄rtū de locutiōe ⁊ multiplici vicio eius.

Vita mēbrum linguе deseruit nō solū sensui gustus. ſ etiā locutioni. iō nunc agendū est de locutione. Et de hac dicit sapiens q̄ mors et vita sc̄z anime ⁊ corp̄is in manibus lingue sunt. i. in ptāte seu vsu locutiōis. nā si q̄s male vtatur inde mors ei sequit⁹ aīe. sicut p̄z in petro cū ore xp̄m negauit qui ex hoc mortē anime incurrit. Et in q̄dam de pplo iudeoꝝ qui in deserto deum vel xp̄m blasphemauit lingua sua. ⁊ ob ꝫ lapidatus ē. Vita aūt ex lingua ꝓcedit aīe ⁊ corp̄is si q̄s dū vtat. q̄ ꝓtz in publicano qui dixit. Deus ꝓpicius esto mihi pctōri cū būilitate iustificat⁹ est. ⁊ xp̄o dicente verbo suo Lazare veni foras corā oībus viuificatus est. Primo igit⁹ ondet⁹ quō bn̄ quis ea vti dz. scdo quō q̄s male vtat⁹ et q̄t mala inde ꝓueniant. Et p̄ primo sūmat⁹ ad declarationez h⁹. verbū. p̄s. dicentis. Laudationē dñi loquet⁹ os meū. ⁊ bn̄dicat oīs caro nomī scō eius in seculū ⁊ in seculū scī. Vbi notant⁹ tria gn̄a locutionū bonarū.

Prima ſm naturā ibi Laudationē dñi.
Scda ſm grāz ibi. ⁊ benedicat oīs caro.
Tertia ſm gloriā ibi. et in seculum seculi.

Quātū ad primū .§. i.

est ꝓsiderandū q̄ inter oīa alia solū homini cōcessa est loquela naturaliter. Nā ⁊ si asina balaā aliqn̄ locuta est illud fuit p̄ speciale miraculū nō p̄ naturā. ſ nec̄ verba sua ipa intellexit. Et q̄ igitur creature rōnali est ꝓcessa lingua loquat⁹ rōnabiliter ea vti dz nō bestialiter. Et hoc etiā ostendit ipa dispositio naturalis oris ⁊ lingue. Et hoc ē q̄d dicit p̄s. Laudationē dñi loquet⁹ os meū. i. dispositio oris mei bene ꝓsiderata docebit me recte loq̄ ſm rōem. ⁊ sic ꝓsequēter deū laudare. Vñ ⁊ de q̄dam muto a xp̄o sanato dr q̄ loq̄bat⁹ recte Mat. vij. ⁊ de quodā alio q̄ locutus est mutus Lu. xi.

Circa dispositionē aūt oris ⁊ lingue q̄tuor cōsiderabimus. viz eius finalē cām. materiā. formā ⁊ circūstantiā. Quantū ad primū cā finalis ꝓpter quā lingue nr̄e data est locutio est vt hō p̄ ea manifestet cor suū ⁊ cogitatiōes secretas. q̄ alⁱs ab homine scire nō possent. vñ dicit p̄s q̄ ea que sunt in voce sunt note earū q̄ sunt in aīa passionum. Hoc ē est primū qđ docet te naturaliter os tuum seu lingua vt. s. loq̄ris qđ habes in corde ⁊ nō contrariū. Caueas ne lingua tua sit serpentina q̄ trifulcata seu triplex dr. nō q̄ habeat tres linguas ſ qz ita velociter mouet vt videat⁹ hre tres linguas Hac triplici lingua vsus est antiquus serpens cū locutus est prime muliert. Nā ⁊ falsuꝫ dixit ⁊ decipere intēdebat et verbū suū colore veritat⁹ ⁊ vtilitatis operuit. Ne igit⁹ ei filius flas vide ne falsuꝫ loquaris ne p̄ mendaciū decipe intēdas. nec duplici aut sophistico vtaris ꝓmone. ſ sicut vnā linguaz tm̄ nō duas dedit tibi dn̄s ad manifestandū interiorē ꝓceptū. ita vere ⁊ simpliciter loquaris. nā de loquētibꝫ dolose dicit p̄s. Linguis suis dolose agebant iudica illos deus. i. ꝓdemna. Quātū ad scdm viz materiā lingue nota q̄ ipa lingua est carnea nō ossea et inde multū ductilis ⁊ volubilis hinc inde p̄ os. vt ex ꝫ intelligas te in locutione tua fi eē ductē ⁊ ptinacē ſ ductilē ad retractā dū si q̄d male dixisti ad petendū veniā. si aliū ofē disti. ⁊ nō p̄teruū ⁊ durū ad defendendū tuam opinionez. Vnde et Aug. dicit. Magne sapiētie est hominē revocare quod male locutus est. qđ,

potentia anime. sed quidaꝫ habitus Circa quam tria possunt cōsiderari scz quidditas. impeccabilitas ⁊ inextinguibilitas. Et quantum ad primū sciendum. qꝺ sindresis est quidam ꝓnaturalis habitus siue cōnaturale lumen. cuius actus vel officium est hominem retrahere a malo. murmurando ꝓtra peccatum. ⁊ inclinare ad bonū. Q. aūt in nobis sit istud lumen scz sindresis. ꝓbatur sic. Sicut enim in anima nostra est aliquis habitus vel aliquod lumen respectu cognoscibilium. quez habitum vocamus intellectū principioꝝ scz lumen intellectus agētis. ita in aīa nostra est quidā habitus naturalis. siue quoddā lumen naturale principioꝝ operabilium. que sunt vniuersalia principia iuris naturalis. quod scz lumen vocamus sindresim. que omni malo resistit. ⁊ omni bono cōsentit. Vnde aug. in li. de baptismo parvulorꝝ diffiniens sindresim dicit sic. Sindresis est lumen innatum ⁊ anime ꝯcreatū. quo dirigim̄ ⁊ movem̄ ad faciendum ea. que ꝓtinent ad iustificationē culpe ⁊ pene. ⁊ ademptionē glē. Hāc basilius appellat naturale iudicatoriū. Ita qꝺ sindresis ⁊ naturale lumen rōnis quo resistimus omni malo. ⁊ assentimus naturaliter omni bono. Pro cuius declaratione sciendū qꝺ ratio aīe habet tria facere scz cognoscere deliberare. ⁊ iudicare. Primo em̄ est cognitiva opabilium. Et talis rō nō est sindresis. Cuius rō est. quia in cogitatiōe boni vel mali vt sic. nō ꝓsistit meritū vel demeritum. Jn sindresi aūt sic. Secōo modo. rō est deliberativa opabiliū ⁊ talis etiam ratio non dicitur sindresis Cuius ratio est. Quia circa cognitionem deliberativā contingit peccare. Sindresis autem peccare non potest. Tertio modo ratio est iudicativa operabiliū et hoc duobus modis. videlicet vel operabilium. que ad mores non spectant. ⁊ talis ratio non est sindresis. vel credibiliū aut operabiliū. que ꝓtinent ad bonos mores. ⁊ tale lumē naturale rationis dicit sindresis. Jtem nota qꝺ licz sindresis naturaliter inclinet ad bonū nō tamen in opꝰ meritoriuꝫ ex puris naturalibus sine gratia dei Jtem liberū arbitrium non est idē qꝺ sindresis quia liberū arbitriū habet iudiciū de particulari operabili. Sindresis aūt de operabili iudicat in vniuersali. Sed nec sindresis est idē qꝺ ꝓscientia quia ꝓscientia recipit errorem ⁊ ꝓturbationē. nō aūt sindresis. Jā cōscientia ex parte superiori fim rem reducitur ad sindresim tho. prima parte. q. lxxix. arti. xij. Et in questionibus de veritate. Et alexander secūda parte summe Raine. ¶ Quātum ad secundum scz impeccabilitatem. sciendū qꝺ sinderis peccare non potes triplici ratione scz oppositionis. opationis. ⁊ imitationis. Et primo ratione oppositionis. probatur sic. Sindresis ⁊ fomes opponunt̄ eo qꝺ cōtrarias inclinatōes hūt Sed fomes semꝑ inclinat ad malum. ergo sindresis semꝑ inclinat ad bonum. Secōo scz ratione naturalis opationis. probatur sic. Quod naturaliter ineſt semꝑ ineſt. sed naturale est sindresi. qꝺ remurmuret. ⁊ resistat peccato. quod est contrarium ad consentire peccato ergo nunq̄ in malum consentit. ⁊ per ꝓsequens nunq̄ peccat. Tertio scz ratione imitatōis. sic probatur. Sindresis respicit ⁊ imitatur superiorem partē rōis. sic fomes inferiorē. Sed pars superior rationis peccare nō potest. ergo nec sindresis Tho. in questionibus de veritate Rainerius ¶ Circa tertium scz eius inextinguibilitatem. sciendum qꝺ sindresis quantum ad eius effectū qui sunt inclinatio ad bonum ⁊ displicentia mali culpe. Cū queritur vtrum possit extingui. sciendum qꝺ hec extinctio potest intelligi quadruplex. Primo ex parte habitualis luminis. Et sic nō potest sinderis extingui. quia sicut impossibile est qꝺ anima priuet lumine intellectus agentis. per quod huiusmōi speculabilia ⁊ operabilia innotescunt. cum sint ꝺ essentia anime. ita impossibile est qꝺ anima priuetur lumine sinderis. cum sit de natura ipius anime. Secūdo modo potest intelligi sindresis extingui. ex parte organice lesionis. ⁊ hoc modo nō

Capitulum Decimuz

corrumpitur sed aliquãdo extinguitur. i. intercipit actus eius in nõ habentibꝫ vsum liberi arbitrij. vl' in non habentibꝫ vsum rõis ꝓpter impedimẽtum proueniens ex lesione organoꝝ corpalium. a quibꝫ ratio nostra indiget accipere. Tertio mõ põt intelligi extinguj ex parte passionis ⁊ hoc modo non in vniuersali sed in particulari. actus synderesis respectu particularis eligibilis ⁊ operabilis extingui põt. Quod patet quia vis ꝯcupiscentie vel alterius passionis ita rõem in particulari absorbet. vt eligendo synderesis vniuersale iudiciũ. ad actum particulare nõ applicet. Quarto modo potest intelligi hec extinctio ex parte crimi nis Et sic ille qui habet habitũ alicuius vitij. est quidã corruptus circa principia operabiliũ. Nõ quidem in vniuersali sed in particulari operabili. inquantum scilicet per habitum vitij deprimitur ratio. ne vniuersale iudicium applicet ad particulare operabile. Et sic dicitur extingui in tali lumine synderesis. vt scz non sequatur in eligendo. ibi Tho. in. q. de veritate. q. xvi. Et sciendum ꝙ licz in beatis remoueatur omnis inclinatio ad malum. non tamen per contrariũ amouetur in damnatis omnis inclinatio ad bonum. Et non extinguetur in damnatis synderesis inclinans ad bonũ. Cuius ratio est. Quia malum est preter naturã ⁊ ideo nihil ꝓhibet inclanationem ad malũ a beatis remouere. cum etiam fomes accidentaliter sit in anima. ⁊ posset extingui per gr̃e excellentiam. vt in beata virgine. Sed bonum et inclinatio ad bonũ consequitur ipsam naturaz. ⁊ synderesis naturaliter est in anima. Unde natura manente non potest inclinatio ad bonum tolli etiam a damnatis. scz quantum ad istum actum ⁊ naturalem inclinationem ⁊ appetitum bonuz. Est autem synderesis absolute extincta in diabolo et damnatis quantum ad istud. scz actuz boni meritorij et displicentiam mali culpe. Sed in collatione ad penam nõ est extincta synderesis in diabolo ⁊ dãnatis Unde Isa. vltimo. Vermis eorum nõ morietur Vermis eorum est remorsus conscientie secũdũ aug. Sed remorsus ꝓscientie causatur ex hoc ꝙ synderesis remurmurat a malo ratione pene. Ergo synderesis nõ extinguetur in damnatis Hec Aler. ij. pte summe. q. lvij. Rainerius.

¶ Capitulum decimum. de conscientia.

Conscientia non ẽ

proprie nec potentia. quia conscientia deponi potest. potentia autez deponi non potest. Nec est etiam habitus quia tunc nõ esset vnuz quid. sed multa per multos enim habitus cognoscitiuos dirigimur in agẽdis. Tamen aliquando sumit ꝓpotentia. Unde. Origenes dicit. ꝙ continentia est spiritus coректor et pedagogus anime sociatus. Et summit ibi spiritus ꝓ mente seu ratione Et sit conscientia dicitur spiritus in quantum est quoddam dictamẽ mentis. Quia etiam habitus est principium actus ideo nomẽ conscientie attribuitur aliquando. primo habitui naturaliter scz synderesi. Sicut hiero. sup ezechielem. conscientiam synderesim vocat. Sed conscientia proprie est actus. Nec obstat quod dicitur. i. ad Thi. i. de quibusdam ꝙ est inquinata eorum mens ⁊ conscientia. actus autem non est subiectũ inquinatõis. Inquinato autem dicit esse in conscientia. nõ sicut in subiecto. sed sicut cognitum in cognitione. inquantum scz aliquis scit se eẽ inquinatũ. beatus tho in prima parte. q. lxix. arti. xiij. Habet autem ortum cõscientia ex naturali iudicio rationis. quod dicit lex intellectꝰ. ⁊ ab eo est ꝺucta ⁊ deriuata vt quedam conclusio. Verbi gratia. Fit in animo vel in mente hominis quasi quidam silogismus. Cuiꝰ maiorem premittit synderesis dicens. omne malum esse vitandũ. Minorem vero huius silogismi assumit ratio superior dicens. Adulterium eẽ malũ. quia ꝓhibitũ ẽa deo. Ratio vero inferior dicit adulterium esse malum. quia vel est iniustum vel quia est inhonestum. Conscientia vero infert conclusionem dicens ⁊ concludens ex supradictis. Ergo adulterium est vitandum. Propterea dicitur ꝓscientia. quasi ꝓcludens scientia. eo ꝙ cõscientia ratõe supradictoꝝ scz synderesis rõis superioris ⁊ rõis inferioris ꝓclusionẽ infert. b. tho. in. ij. sñiaꝝ di. xxiij. Conscientia dicit facies aie iuxta illꝺ matth. vi. Faciez tuã laua. i. ꝓscias maculis pcoꝝ fedatã. Et ꝺr ꝓscia facies rõe diuersificatõis. quia sicut inter tot hoies nõ ẽ dare duas facies omimodo similes. qꝺ mirꝝ ẽ. ita nec duas conscias omino similes. i. in omnibꝫ idẽ sentientes. Secꝺo rõe tenuatõis. quia sicut faciesnũ cooperitur ⁊ si omia alia aliquando cooperant. ita ꝓscia cooperiri nõ põt. libri sunt aperti dañ. ir. Tertio rõe dispositõis. quia sicut fm ꝙ quis est effigiatus in facie. vel ꝓponit faciẽ. cõprehendit ꝺ dispositõe interiori. ita fm opa ꝙuersatõis alicuiꝰ cognoscitur de probitate vel malitia Ecclesia xix Ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Est tamen triplex facies spiritualis scz rõnalis que est conscientia. ꝓs ostende faciem tuã. non leoninaz vel vulpinã ⁊ hmõi. Salutaris que est humanitas xp̃i ⁊ cõuersatio eius ꝓs. Respice in faciẽ xp̃i tui In hac sunt omẽs sensus. i. omẽs gr̃e cõgregate. Hester. xv. Facies tua dñe plena est oim grauz Diuinalis que est dei essentie clara notitia. i. coz. xiij. Videbimus tũc facie ad faciẽ. Hanc triplicẽ notat ꝓs. ibi. Erꝺiuit te facies mea q ad ꝑmã faciem tuã dñe requirã. quo ad scꝺm. ne auertas faciem tuam a me. quo ad tertiam.

Circa conscientiã .ℌ.I

videda sunt tria scz significatum actū ⁊ effectum

Quātū ad primū sciendū .q̄ ꝓscīa significat applicationē nr̄e notitie seu cognitōis ad aliquez actuz particularē. Unde bugo in li.ij. de aīa diffiniens eā sic ait. Conscīa est cordis scientia. Unō dicīt ꝓscientia quasi cū alio scientia. Et subdit. Cor enī ⁊ se nouit se sua scīētia ⁊ multa alia. Aliī enī se nouit. appellaī ꝓscīa. qñ p̄eter se alia nosci appellaī scientia. Applicaī aūt nostra notitia vel cognitio ad aliquē actū particularē tribz modis. Primo ꝑm q̄ cognoscimus. ꝓsideramus an aliquis actus sit factus vel nō. Et cū dicīt in cōi vsu loquendi. Hoc nō est factū ꝛc conscīa mea. i. nescio vel nesciui an hoc esset factū. scōm q̄ dicīt Genē. xliij. Non est in ꝓscientijs nostris quis posuerit pecuniā in saccis vris. Vel etiā applicaī scientia vel cognitio nostra ad aliquid qđ sic factū. ꝑm q̄ dicītur Eccē. vij. Scit ꝓscientia tua q̄ tu crebro maledixisti alijs. Scđo applicatur scientia vel cognitio nra scz. an actus sit rectus vel nō scōm quod iudicamus hoc quod factū est esse benefactum vel nō benefactū. Tertio modo applicatur scientia ⁊ cognitio nostra ad aliquē actuz an sit fiendū vel nō. ꝑm q̄ p̄ sciam iudicamus an aliquid sit fiendum vel non fiendum.

Secundū hec po .§.II

test considerari triplex officium seu actus conscientie. ⁊ sic patet q̄ ꝓscīa impcaz triplicē actū. primus est testificari. secundus est accusare. tertius est soluere vel ligare. Primus igitur actus cōscientie est testificari in preterito. in quantum cōscientia prohibet testimonium. sicut illud in quo est scriptum aliquid. illud testificatur siue bonuz sit vel malum. Unde apl's Ro. ij. Testimoniū illis reddente conscientia eorum. Et aug. quando deus iudex erit. alius testis q̄z cōscientia tua nō erit. Inter iustum iudicem ⁊ conscientiam tuaz noli timere. nisi causam tuam. xi. q. iij. Custodi.

Dicitur autem conscientia esse testis factorum vel non factoruz. inquantum conscientia retinet illud contra quod voluntas fecit quasi voluntatem accusans de eo q̄ sibi nō obediuit. Et sic ꝓscīa hz virtutē dictamīs dictat'ei ꝓscīa an aliquid sit factū vel nō. Istud aūt dictamē nil aliud est. q̄z pcuentio p̄cepti diuini. ad eum qui hz conscientiā

Scōs actus seu officiū ꝓscientie est accusare ⁊ excusare. reprehendere ⁊ remordere de malo ꝓmisso ⁊ bono omisso. Unde apl's ro. ij. Cogitationuz inr' se accusantiū aut defendentiū in die iudicij ⁊c. Aug. quē cōscientia defendit liber est inter accusationes. Et liber sine accusatione esse nō potest. si sola que intus adijcit cōscientia accuset. xi. q. iij. ī cunctis. Iste actus scōs potest dici examinatio in quantū conscientia examinat que iam facta sunt an sint recta vel nō recta. an benefacta vel malefacta. Et quando p̄ examinationē inuenīt id quod factū est discordare a ꝓscientia a qua examinatur dicīt cōscientia remordere vel accusare. Quādo inuenīt illud quod factū est. p̄esse esse scōm formā cōscientie vel scientie. dicīt conscientia defendere ⁊ excusare. Tertius actus cōscientie est ligare vel soluere. Nam cōscientia obligat ad pcm. Quia omne illud quod fit contra conscienniam etiam si sit bonū. peccatuz ē Unde apl's Ro. xiiij. Omne quod non est ex fide. peccatuz est. Super quo verbo ambro. in glo. Omne quod fit etiā si in se ⁊ de se sit bonū. ⁊ tamen non sit ex fide. i. contra ꝓsciam vt scz credamus esse malū peccatū est Et. xxxviij. q. i. omnes. §. se dicīt Omne qđ ꝓtra conscīam est. edificat ad gehennā. vbi dicit glo. ⁊ bene. Cōtra ꝓsciam scz p̄cepti vel ꝓhibitionis. hoc est ꝓprie facere ꝓtra cōsciam. i. facere cōtra illd qđ cōscientia dictat esse in p̄cepto vel ꝓhibitōe Facere aūt aliquid quod cōscientia dictat esse de male. nō est nisi veniale. nisi illud de se esset mortale. Et hoc est facere nō contra sed p̄eter cōsciam Et iste actus tertius ꝓscientie dici pōt consiliatō Nam ad conscientiā pertinet de agendis ꝓsiliari Et cum p̄ consilium inuenitur an aliquid sit faciendum. scōm hoc conscientia dicitur instigare vel ligare. Cum aūt per consiliū conscientia inuenit. q̄ ñ sit faciendū aliquid quod occurrit. tūc cōscientia dicīt absoluere vel retrahere. Et sic cōscīa habet virtutem ligaminis. inquantū constringit voluntatem. vt non possit sine nocumento deformitatis culpe in aliud tendere. q̄z ratio vel conscientia iudicat. Sicut ligatus corpaliter necessitatē hz cōsistendi in loco vbi est ligatus Raine.

Circa effectum .§.III

conscientie tria possumus cōsiderare scz defectū deuiationis. i. quomodo nescientia errat. moduz obligationis. s. quomō ligat diuersum cōsecutōnis scz quomodo sequīt magna consolatio ex cōscientia si est recta. ⁊ econtra afflictio si est mala.

Quantū ad primuz sciendum. q̄ conscientia errat duobus modis. scilicet ex falsa assumptione ⁊ ex falsa applicatione. Et primo ex falsa assumptione. puta quādo aliquis assumit aliquod malum vel falsum tanq̄z bonum vel tanq̄z vez. Uerbi gratia vt bis qui occidebant apostolos dictabat conscientia. q̄ ex hoc placerent deo Joh. xvi. Uenit hora in q̄a omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo vel quando sin tēresis dicit. Omne ꝓhibitum ad deo esse vitandum. Conscientia autem fundatur in hoc q̄ iuramentū sit a deo prohibitum. ⁊ ideo falso credit illud esse vitandum. cum ante permittat se mori q̄z iuret. sicut facit hereticus. Secundo errat

Capitulum Decimuz

conſcientia ex falſa applicatione. ſicut cum ex aliquibus veris aliqua conſciẽtia erronea format. Verbi gratia. vt ex hoc q̃ deus eſt ſuper omnia diligendus aliquis formet ſibi hanc conſcientiã ſcilicet q̃ nihil poteſt ſimul diligi cum eo ꝑ tantum deũ. Quedam enim ꝯcluſiones ſunt in quibus ita relucent prima principia operandorum. q̃ circa ea conſcientia errare non poteſt Sicut deum non eſſe diligendum. malum ſcienter eſſe faciendum ⁊ huiuſmõi. Et quedam alia ſunt circa que errare poteſt ⁊ errat. vt ex dictis patet beatis Tho. in queſtionibꝰ de veritate queſt. xvij. Exemplum etiaz poteſt poni de eo qui facit id quod habet ſpeciem mali. licet non ſit malum. exiſtimans ſibi ſufficere intentionem bonam quam habet non curãs de ſcandalo proximi. Sicut faciebant quidam in eccleſia primitiua fideles. qui comedẽbãt ydolatica. licet non in veneratiõe ydoli. tñ coram ſimplicibus qui inde ſcandalizabantur illos imitantes. ſed in veneratiõem ydoli quod extimabant alios facere. Quos reprehendit apoſtolus Roma. xiiij. Cñ aug. Conſcientia noſtra nobis neceſſaria eſt propter nos. propter vos fama noſtra non pollui. ſed pollere debet in nobis Que res ſunt ꝯſcientia ⁊ fama. Conſcientia ẽ neceſſaria tibi. fama proximo tuo. Qui fidens conſcientie. negligit famam ſuaz. crudelis eſt. xij. q. i. nolo.

Ad maiorem euidentiam predictorum nota. q̃ error conſcientie cauſatur ex ſeptem cauſis. Primo ex ignorantia. ex eo enim q̃ ratio apprehendit malum ſub ratione boni. ⁊ bonuz ſub ratione mali. ſequitur error in conſcientia et peccatum in voluntate. Et ignorantia quidem ſi ſit iuris naturalis vel diuini. nullum excuſat habentem vſum rationis. Ignorantia aũt iuris canonici vel ciuilis quando excuſat vel non. habetur i. q. iij. ſ. vltimo in tex. ⁊ gloſis.

Secundo error conſcientie cauſatur ex negligentia Sicut cũ aliquis propter laborem vel alias occupationes negligit adiſcere vel ab alijs querere ⁊ ſcire illud per quod a peccato retrahꝛetur. tunc enim ignorantia eius quod quis ſcire tenetur. propter talẽ negligentiam eſt voluntaria. Vnde voluntas cõcordans conſcientie erranti. ex negligentia ſciẽdi ad quod tenetur. eſt mala. Et ideo aug. dicit. Illis omnino ignoſci non poterit qui habentes a q̃ diſcerent. operam non dederunt. di. xxxvij. cap. ſi.

Tertio error conſcientie cauſatur ex nimia vel inordinata ſui benivolentia. Ex eo enim q̃ aliquis nimis ſeipm diligit. inclinat ⁊ precipitat cõſcientiam ad illud quod appetit. ⁊ ſic eam a ſua rectitudine facit declinare. Vnde ſeneca. Perit omne iudiciũ cum res tranſierit in affectum. Talis conſcientia diligentis nimis ſeipſum. eſt nimis larga. ⁊ ideo cauenda. quia facit hominẽ preſumptuoſum. dicens malum eſſe bonum. ſaluat damnandum.

Quarto error conſcientie cauſat ex cordis puſillanimitate. qua quis timet nõ timenda ſcõm rectũ iudiciũ rõis. Juxta illõ ꝑs. Illic trepidauerũt timore vbi nõ erat timor. i. cãrõnalis timendi. Et talis ꝯſcientia eſt nimis ſtricta. vt dr boſtiẽ. Magis ſcrupuloſa eſt erranea q̃z theologica. ⁊ ideo vitanda. quia multũ piculoſa. Nã facit de bono malũ. de feſtuca trabẽ. i. de leui peccato graue. generat deſperatõez. damnat ſaluãdum. Vnde deponenda eſt ad conſiliuz alterius.

Quinto error conſcientie cauſat ex ſuperbia. ſez quando quis non humiliat intellectum ſuũ. vt velit melioribus. prudentioribus. ⁊ ſuperioribus credere. Nam conſcientiam in differentibꝰ tenetur ſecundum diſcretionem prelati formare Quamuis enim in his que ſunt precepta vel prohibita a deo. conſcientia recta plus obliget q̃z preceptum ſuperioris. eo q̃ obligat virtute precepti diuini. quod eſt magis preceptum prelati. Vnde in talibus conſciẽtia recta eſt iudex immediate ſub deo. ita quod nullum habet iudiciũ ſupra ſe aliũ adeo. Jn indifferentibꝰ tamen preceptum prelati plus obligat q̃z conſcientia. Et ſic cõſcientia ſubditi in huiuſmodi. non ſolum deum. ſed etiã prelatum habet ſupra ſe. ⁊ ideo ſecundum diſcretionem prelati formari debet. Nã ſubditus non habet iudicare de precepto prelati. ſed de impletione precepti. que ad ipſum ſpectant. hec beatus tho. i queſtionibus de veritate. Vnde ſeculares. ſequi debent ſententiã prelatorum in his que ad cathedram ſpectant. Juxta illud Math. xxiij. Quecũq̃z dixerint vobis. facite. Religioſi tenẽtur ſequi ſcientiam prelatorum vel mandatorum eorum in his que non ſunt contra deum vel contra regulam vel contra conſtitutiones. vel contra ordinãtiões capituli generalis. Cauere tamẽ debent prelati ne indiſcrete precipiant propter periculũ conſcientiarũ ſubditorum. Alexander ſecunda parte ſumme. argumentum ad hoc. xi. q. iij. Si is qui preeſt. Et. c. quid ergo mirum.

Tertio cauſatur ex conſcientie ꝓplexitate. i. ex quedam dubietate. ex qua quicquid fiat ſequitur. ineuitabilitas vel neceſſitas peccandi. puta cum videt ſe quis inter duo opabilia poſitum. quorũ alterum oportet agere. quodcunq̃z fecerit. impoſſibile eſt non peccare. Super quo dicitur ex conſilio tolerano. Duo mala ſz cauiſſime ſint ꝓcauẽda. tñ ſi pricipli neceſſitas. vnũ ex his ꝓperatre ꝓplexus. id debem? reſoluere q̃ minori nexu noſcit obligare. di. xiij. c. i. Sz hec ꝓplexitas q̃z tũ ad rẽ nihil eſt. vt dicit ibi glo. ſu maria. Nec ẽ verũ q̃ aliquis poſſit eſſe ꝓplexus. inter duo mala. procedere ꝑt ex ſtulta opinione ipius ⁊ erronea cõſcientia. vel ex preſumptione alicuius. in quo vult manere firmus puta iurauit aliquis occidere hominem. formatꝫ ibi conſcientiam licet erroneam. q̃ ſi nõ occidit

periurat. si occidit homicida est. Et sic est perplexus ex fatua extimatione. Nam ꝛ non occidendo periurus non est. Et secundū hanc ꝓplexitatem dicitur ī illo. c. Q minus malum eligendum est Item tenet quilibet cōmunicare in pascate. Illi quis habēs odiū nō vult dimittere, ꝛ hoc presup posito ē pplexus. quia si ꝯmunicat cū odio. peccat mortaliter. ꝛ si non ꝯmunicat similiter. Sed dimittere pōt ꝛ debet odiuꝫ. ꝛ sic non est perplexus simpliciter. Septimo causat error ꝑscie ex humilitate ꝛ cordis puritate. Unde greg. Bonaruꝫ mentiū est ibi culpas agnoscere vbi culpa n̄ ō est dis. v. ad eius. Ubi dicit glo. Agnoscere. i. timere Non aūt debet quis se culpabilē dicere, vbi non est scōm sui extimatōez, quia hoc ptineret ad mēdaciū ꝛ yroniam. In primis sex modis error conscientie semp est reprehensibilis. ꝛ volūtas seqns cōscīam errantē semp mala. Septimo aūt modo est laudabilis. Cuius rō est, quia ad bonitatem mētis ptinet vt homo ad iustitie pfectionē tēdat ꝛ ideo ī culpā reputat ñ solum si deficit a ꝯmuni iustitia qnod vere est culpa, sed etiam si deficiat a perfectione iustitie quod quandoꝙ culpa nō est

Quantum ad se. ℣. IIII.

cundū sez modū obligationis sez q̄o cōscientia ligat. Nota q̄ conscientia non obligat in virtute ꝓpria sed in virtute precepti diuini. Quod patꝫ quia nō dictat aliquid esse faciendū vel nō faciendū hac rōe. quia sibi videt vel nō videt. Sed sub hac rōe. quia ē a deo p̄ceptū vel ꝓhibitū, vt dicit bea. tho. in. ij. sen. di. xxxix. Nullus aūt ligat p̄ precepti aliqd̄ nisi mediante scīa illius precepti. Et ideo ille qui nō est capax noticie p̄cepti. nō ligat precepto. Nec aliquis ignorās preceptū dei ligat ad preceptū faciendū. nisi quatenus tenet scire preceptū. Si aūt nō tenet scire nec scit. nullomō ex p̄cepto ligat. Tenet autē scire quilibet habens vsum rōis p̄cepta dei. nec excusat nō faciendo illō ex ignorantia. Et sic eadē virtus est qua preceptū ligat. ꝛ qua ꝑscia ligat. cū preceptū nō liget nisi in virtute scientie vel noticie. Nec scientia vel noticia precepti ligaret. nisi p̄ virtutē precepti. Unde cū ꝑscientia nil aliud sit q̄ applicatio scientie vel noticie ad actū. cōstat q̄ ꝑscientia dr ligare in virtute diuini prepti. Ideo si aliquid apprehendat a dictamine rōis. vt directe cadens sub precepto mortaliter peccat ꝛ omittēs illō qd̄ conscīa dictat etiā si de se sit veniale. Si aūt nō apprehendat vt directe cadens sub p̄cepto vel ꝓhitione, tūc nō fit directe cōtra cōscīam. sed p̄ter cōscīam. ꝛ ita non peccat mortaliter sed venialiter. vel etiā nullo mō Sicut q̄ conscientia dictat alicui q̄ bonū est facere aliquod opus cōsilij. si ñ faciat ñ peccat. quia nō apprehendit illud vt bonū debitū ꝛ necessariuꝫ ad salutē greg. Ubi cōsiliū dat offerentis est arbitriuꝫ. Ubi preceptū. necessitas seruētis. xiij. q. i. Quod precipit. Et sic aliud est facere cōtra cōscientiā quod est mortale semp. Aliud p̄ter cōscīam quod est veniale vel nullū. Ligare aūt dr conscia nō quidē p̄ modū coactionis. quia cuꝫ voluntas sit libera ꝛ suiꝑius dña. a nullo cogi pōt ambro. Nemo nim tenet ad culpaz nisi ꝓpria voluntate deflexerit. xv. q. i. Non est. Nec ligat etiā conscīa p̄ modū principalis actoris. sic enī ligat deus preceptis sicut iudex precepit. Sed ligat p̄ modum su ꝓpositōis seu cōditionis sez p̄ modū cōsecutōis alicuius finis. puta nisi faciat hoc qd̄ conscīa dictat. nō cōsequet finē suū. i. salutē. Ligat etiam p̄ modū instrumētalis agētis. sicut preco. qui velut instrumentū iudicis preceptū iudicis ad notitiā hoīs deducit. ꝛ si preceptuꝫ iudicis vel regis non ꝓueniret ad pl̄m nisi aliquo precone vl̄ principe mediante. tūc si preco vel princeps diceret. hoc est preceptū a rege ꝛ est verū. tūc omēs dictū illius obligaret. Et hoc modo ligat recta conscīa. Si vero preco vel princeps diceret hoc esse preceptū a rege cuius nō esset verū dictū suū. obligaret vt preceptum regis. ita vt cōtēptores penam merent. ꝛ hoc modo facit ꝛ ligat erronea cōscientia. Unde conscīam ligare voluntatē. nil aliud est q̄ astringere voluntatē vt ñ possit aliud sine peccato facere vel amittere q̄ conscīa sibi dictat. Sicut ligatus corporaliter nō pōt ad aliū locū ire nisi soluat. Sed pōt homo ꝛ debet erroneā cōscīam deponere. sicut ꝛ intentionē prauaꝫ. ꝛ deposita nō peccabit illud faciendo. b. tho. in. ij. di. xxxix. Licet aūt vtraq̄ cōscientia sez recta ꝛ erronea liget. i ꝑa durante. ita q̄ contrariū faciens peccat. Aliter tamen ligat recta conscientia q̄ erronea. Nam recta ligat absolute. ꝛ in omnē euentū ꝛ semp. nec deponi pōt. Sicut si quis faciat sibi conscīam de adulterio. q̄ cōscientia vtiq̄ recta est. hāc deponere nō pōt sez sine peccato. quia deponendo erraret ꝛ grauiter peccaret. Sed conscientia erronea non ligat. nisi scōm quid ꝛ sub conditione. quia nō obligat nisi inquantū conscientia erronea creditur esse recta sed ea deposita qd̄ fieri debet. nō amplius ligat b. tho. in. ij. sententi. di. xxxix. Item ꝑscientia recta in his que sunt p̄cepta vel ꝓhibita a dō. plus obligat ꝛ ligat q̄ p̄ceptū prelati. q̄ preceptū dei in cuius virtute ligat conscientia. maius est precepto prelati. In indifferentibus verū ꝛ plus obligat preceptum prelati quam conscientia propria. q̄ in huiusmodi conscientia subditi habet prelatuꝫ supra se. non solum verum. sed etiam prelatum suum. Conscientie autem erronea obligatio maior est. quia interior q̄ obligatio precepti. Ex alia pte obligatio q̄ ē ex pte ꝑscie erronee minor. q̄ solubilior. Quia obligatio que est subditi ad prelatū. solui vel deponi non potest. conscientia autem cū est erronea deponi potest. Rainerius post tho.

Quātuz ad tertiuz'. §. v

videlicet effectum diuersuz cōsecutionis scz quō sequitur magna ꝙsolatio ex ꝙscientia si est recta .et ecōtra ꝛc. Sciēdū ꝙ ex ꝙscia recta sequit magna consolatio ꝓm ipam operando . Unde aplus .ij. Cor.i. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre Econtra maxima afflictio si est mala Unde Crisō. Conscientia rei semper est in pena

Est autem conscientia recta laudabilis ꝛ appetenda propter quattuor causas. scilicet propter bonitatem. puritatem. sinceritatem. ꝛ tranquillitatem . Est itaqꝫ cōscientia bona laudabilis primo ex ordinatione affectionis'. Secūdo conscientia pura ē laudabilis ex exclusione criminis. Tertio conscientia sincera est laudabilis ex simplicitate intentionis. Quarto cōscientia tranquilla ē laudabilis. quia sine remorsione vermis

Primo est laudabilis ꝙscientia cuz est bona ex ordinatōe affectōis. i. ad tbi. i. Finis p̄cepti ē charitas de corde puro ꝛ conscientia bona. Dicitur autem charitas finis non in quo quiescitur . quia sic solus deus est finis. sed finis quo quiescit. Et subditur de corde puro ꝛ ꝙscientia bona id ē a vitijs expurgato. ꝛ additur de conscientia bona . videlicz non erronea. seu nimis grossa vel scrupulosa. Quod totum figuratur in paruo grandi vel torto naso. quem qui habebat tanqꝫ maculam habens. prohibebatur accedere ad misteriū templi . vt habet leuit. xxi. Uel dicitur conscientia bona. qua scilicz quis sperat peruenire ad id quod diligit scilicet deum. Quem enim pungit conscientia mala. vt dicit augus. retrahit ea spe. vel conscientia bona dicitur scōm Bern̄. cui ratio decepta non est nec voluntas peruersa nec memoria fuerit inquinata.

Secundo conscientia laudabilis est que pura est ex exclusione criminis. Eccl. xiij. Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia. quando non est acquisita. retenta vel dispensata cōtra conscientiam.

Tertio laudabilis est ꝙscientia sincera sine duplicitate intentionis. Actuū. xxiiij. Studeo sine offendiculo conscientiā bonam habere ad deū ꝛ ad hoies. Qz quid ē melius an bona fama. an bona ꝙscia. certe bona ꝙscia. Ita dicit seneca. Conscientiā magisqꝫ famaz intende. ꝛ ponit rationez huius dicens. Falli nanqꝫ potuit fama. conscientia vero nunqꝫ. Unde augu. senti de augustino quicquid vis quicquid libet . sola me in oculis dei nō accuset conscientia. Idez ad cleꝫ iponensem. Quid obest homini ꝙ ex illa tabula vult illum delere humana ignorantia. si de libro viuentium non deleat iniqua cōscientia. xi. q. iij. Ex quibus verbis non vult dicere aug. ꝙ non debet quis curare de conseruatione fame. ad edificationē alioꝝ. Nam tales reprehendit acriter dicēs Non sunt audiendi viri sancti siue femine qui quando reprehenduntur in aliqua negligentia ꝙ quam fit. vt in malam veniant suspitionem vite vitam suam longe abesse sciunt dicunt coram deo sufficere sibi conscientiam. extimationem hominum non solum imprudēter . sed ꝛ crudeliter contemnentes. cum occidāt animas aliorum. xi. q. iij. non sunt. sed loquitur augu. in. c. supdictis cum quis est inter eos qui parati sunt reprehendere ꝛ nunqꝫ imitari. ꝛ tūc quo ad illos sufficit cōscientia sua vnicuiqꝫ. vt dicit gratianus. §. hoc inter eos. q. e. ꝛ glo. io.

Quarto ꝙscientia est laudabilis trāquilla scilicet sine remorsione vermis Unde bern̄. in li. de consideratione ait . Magne diuitie sunt bona ꝛ tranquilla conscientia. Et re uera sic est. Quid est rebo ditius. Quid in corde dulcius. quid in terra quietius atqꝫ securius bona conscientia. Damna rerum nō meruit. nō verborū contumelias. non corpis cruciatus que etiā ipa morte magis erigitur quam deiicitur. Conscientia mala dicitur triplici ratione. vel quia est coinquinata de qua ad tbitum. i. coiquinate sūt eorum mens. ꝛ conscientia. Mens quantū ad intellectum. conscientia quantum ad effectum. coinquinata quantum ad peccatum.

Secundo cōscientia est mala quia cauteriata. de qua primo ad tbi. iiij. Cauteriatam babentes conscientiam. id est corruptam prana intentione. ꝛ adustā igne male concupiscentie. Nam cauterium est corruptio carnis ex igne vel per ignem facta.

Tertio conscientia ē mala quia perturbata de qua sapiē. xxij. Semper presumit seua perturbata conscientia quia extollitur contra deum peccare non timēs cū est pturbata ex remorsu vermis vel quia extollit alios aff ligndo. Et hoc cum est perturbata id est inquieta ꝛ crudelis. Uel conscientia perturbata eius scilicet qui desperat ex crimine. ꝛ p̄sumit seua super se ventura antecꝫ veniant sicut fecit chaym Gen̄. iiij. qui dixit antecꝫ puniretur a deo. Ero fagus ꝛ profugus

Notandum ꝙ §. vi

conscientia recta in scriptura aliquando domus dicitur. Unde p̄s. Nisi dominus edificauerit domum. in vanum laborauerunt. domum id ē conscientia . ꝛ de hac domo potest exponi illud quod christus dixit paralitico sanato. Vade in domuz tuam matbi. Ubi moraliter tria iimperat.

Primū vt nequaqꝫ quis per desidiam eiiciet in eo ꝙ dicit. vade.

Secundum vt scōm rectam conscientiā operetur in eo ꝙ dicit in domum.

Tertium vt alienam vitam non scrutetur cuz dicit tuam.

Quantuz ad primū dixit paterfamilias'. qui signat dōm deum quibusdam stantibo in foro. Quid bic statis tota die ociosi. ite ꝛ vos. vt habe

tur parabolice Matthe.xx. Ire enim est operari. Et qua via eundum sit docet ps. dicens. Ibūt de virtute in virtutem. i. de ope vnius virtutis ad opus alterius. ⁊ de bono in melius. ⁊ quo tandē perueniatur. ostendit idem ps. Effudi in me animā meā. exeundo scz de potentijs anime ad actus virtutum. ⁊ quasi declarans istam effusionē subdit. Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis scz ꝓscientie. qui tabernaculū ⁊ domus dicitur vsq; ad domum dei scilicet superna gloria

Quantum ad secundū sciendū. q; tunc quis vadit in domum suam. quando operatur scōm rectam conscientiam. Nam q; domus significet conscientiā patet p illud Eccī. xxvij. Nisi tenueris te instanter in timore dñi cito subuertetur domus tua. i. conscientia tua.

Tertium seruādū est. q; ita quis ingrediatur domum suam. i. conscientiam. ad diligenter perscrutandū. q; nō intret alienam curiose inquirendo vitam aliorum. quia minus tunc vocare poterit. Unde dicitur. puer. xxiij. Non queras impietatem in domo iusti. i. in ꝓscientia. nec vastes requiem eius. Ruerrēdo autem ad secundum membrum. Notandū q; ad hoc vt ꝓscientia sit recta. debet se habere ad modū domus materialis. peroptime dispositē. quam dispositionem notat salomon prouer. ix. Ubi dicit Sapientia edificauit sibi domum. i. conscientiā ⁊ excidit colūnas septē. immolauit victimas. miscuit vinum ⁊ posuit mensam. Est ergo prima cōditio domus bene dispositē vt ꝓgruenter edificetur. Unde dicit. Sapientia edificauit sibi domū. Secūda est vt firmiter sustentet. Unde subdit. excidit colūnas septem scz ad sustendandum. Tertia vt delectabiliter ibi quietet. Unde concludit Immolauit victimas. miscuit vinū. ⁊ posuit mensam. Certe huic domui sic bene dispositē cōgruit illud qđ dixit christi⁹ zacheo. Salus huic domui facta est Luc. xix. Et quelibet sic conscientiā suam debet aptare vt sic esset recta. Unde in figuram dictum fuit. ezechie dispone domui tue. i. cōscientie eam ordinando.

Quantum ad primū scz ad hoc vt domus conscientie congruenter edificetur. oportet q; fundamentum iaciatur solidū. paries erigatur in altum. tectum ponatur desursum solaria intra multiplicentur in mediū. Solidū autem fundamentum est petra. petra autem erat christus ait apls. i. significat christum. Et fundamentū aliud in domo scz recte conscientie. nemo potest ponere preter id quod positum est scz dominus ihesus. i. ad Cor. iij. Hoc est fides eius. Dñs ⁊ saluator noster loquens de viro sapienti dicit. q; edificauit domum suā supra petram Matthe. vij. i. conscientiam suam super verā fidem doctrine eius. Et ideo vt subditur ibi. descēdēte pluuia scz temptationū que sunt a demonijs existentibo in aere. ⁊ flantibus ventis ambitionis ⁊ inanis gloie que sunt a mundo. ⁊ supuenientibo fluminibus concupiscentiarū que sunt a carne. ⁊ irruentibus in illam domum. non cecidit sed sterit. q; fundata erat supra firmam petram. Paries qui a fundamento surgit. ⁊ versus celum erigitur est spes procedens a fide. ⁊ respiciens dei promissum qui paries ad modū domus est quadruplex Uidelicet expectatio premij in celis. expectatio venie de peccatis. expectatio auxilij in agendis. ⁊ expectatio refrigerij in aduersis. Dñi apls. ij. ad cor. v Habemus domum non manufactam scz conscientiam in celis videlicet per spem. Tectum talis domus scz conscientie recte est charitas de qua dicit puer. x. vniuersa delicta operit charitas hec omnia sustinet sicut tectū domus scz grandinem calorem ⁊ huiusmodi. que significant tribulationes. Respicit etiam tectum in extremitatibus suis terram. quia non solum contemplatur deum in altitudine. Sed etiam inclinatur ad sustragandum proximo. In cuius figuram paraliticus iacens in lecto. a quibusdam per tectū dom⁹ fuit submissus ante christum ⁊ inde curatus. vt habetur Matthe. ix. ⁊ luce. v. Salaria huius domus sunt quattuor de quibus dicitur sapientie. viij. Sobrietatē ⁊ sapientiam docet iusticiam et virtutes quibus vtilius nihil est in vita hominibus Est igitur primum solariū. sobrietas seu tēperantia que facit abstinere a superfluis delectationibus. ⁊ in hoc salario sunt plures camere siue officine scz virtutes ei annexe. de quibus nūc non oportet dicere brevitatis causa. Secundum solarium dicitur sapientia que precauet insidias in agendis. habens cameras suas videlicet virtutes annexas. Tertium est iustitia in malis vitandis proximorum in miseris subleuandis. habēs ⁊ ipsa multas cameras id est virtutes annexas. Quartum est virtus id est fortitudo in perferendis molestijs cum suis cameris id est virtutibus ānexis. Vade ergo in domum tuā id est conscientiam sic recte edificatam de solario in solarium ⁊ de officina in officinam. ⁊ de camera in cameras virtutum discurrendo. ⁊ sic recte operaberis. hāc tamen domum conscientie non tu sed principaliter deus edificat. Et ideo bene dicitur q; sapiēcia scz xp̄us edificauit sibi domū.

Quantum ad secundum ad hoc vt domus firmiter sustentet cum lata est ⁊ alta. requiruntur plures columne que sustineant pondus. Septem autem colūnas sapientia excidit ad stabiliendum ⁊ sustentandū domum conscientie. Alias propter diuersos impulsus vitiorum corruueret. Et sunt se septem columne. septem conditiones vere penitentie. quas ponit apls. ij. ad Cor. vij. dicens. Que enim secūdū deū tristitia ē. pnia in salutē stabilem operatur enī in nobis solicitudinem sed desideriū sed defensionem. sed indignationem. sed timorē

Capitulum Decimuz

sed emulationē sed vindictā. ſm Hug. cardinalē

1 Eſt igitur prima columna ſolicitudo ſcz ad bene cuſtodiendum ſenſus ſuos qui ſunt feneſtre aīe ſeu porte, per quas īgreditur diabolus, vt furetur theſaurum virtutū. Unde ſolicite vigilare oportet. Quod docet chriſtus. Matth. xxiiij. Si ſciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vti q̄ z non ſineret perfodi domum ſuam. Secunda eſt deſiderium ſcz placēdi dō. qui ē feruor cha-

2 ritatis multū domum conſcientie fortificans. et abſorbens peccata quotidiana. ſicut ignis gutas aque. In huius figuram zacheus deſiderans chriſtum videre. z nō valens propter paruitatē ſtature, aſcendit in arborem ſiccomoruz propter quod deſiderium chriſtus dixit. Deſcende q̄ z in domo tua oportet me manere. Aſcenſio autez in arborem ſignat aſcenſuz mentis per meditatiōez z affectum ad crucem ſeu paſſionem chriſti. Circa quod dicit. berū ſuper can. Quid efficatius ad curandum conſcientie vulnera, nec nō ad purgā dum anime mentem q̄ chriſti vulnerum ſedula

3 meditatio. Tertia columna dicit defenſio. vt ſi cuz inimicus vult circūdare domū conſcientie z intrare per deſperatiōez. vel laſciuiā vel p alia vitia. defendat ſe quis viriliter reſiſtendo. quod quia non fecit mulier que fuit poſita ad cuſtodiā domus yſboret regis iſrael. ſed dormitauit intrā tes duo principes latronum domum occiderunt ipſum regem percutientes in inguine. Et habet ij. reg. iij. Ad figurandum q̄ ſi mulier. i. ratio nō defendit ſe contra temptatiōes ſed dormitat. occidit̄ animus z domus conſcientie ſpoliatur.

4 Quarta columna dicit indignatio contra ſe ipſum deteſtando peccatum omiſſum in quātuz eſt dei offenſa. Et quanto quis magis indignat̄ z deteſtatur peccatum. tanto fortior eſt columna. Non autem debet quis indignari contra naturā peccatoris vel contra perſonaz eum ad miſericor diaz ſuſcipientis. Sicut indignatus eſt frater p digi de patre ſuſcipiente ipm prodigum reuertē tem ad penitentiam z ad domū paternam adeo indignatus q̄ noluit in domū introire. Sed ipe prodigus indignatus extra ſuam culpaz intrauit domū z honorabiliter ſuſceptus eſt. Quinta

5 colūna eſt timor. qui in peccatoribus aliqualiter diſpoſitis in ſcientia ſolet eſſe principaliter de penis inferni. Et hic timor licet non ſit ſufficiēs ad ſalutē tamen cauere facit a multis malis. z ideo bonus. Timor enim domini expellit peccatuz. vt dr Eccl. i. Sed in recte conſcientiatis timor iſte eſt de non offendendo deū. ne amittatur gratia beniuolentie eius. Et iſte eſt neceſſarius. Vñ Eccl. xxvij. dr. Niſi tenueris te intēter in timore dñi cito ſubuertetur domus tua.

6 Sexta colūna ē emulatio. illa ſcz de qua dicit ap̄ls. Emulamini, cariſmata meliora. i. cor. xij. Hec emulatō impor tat affectū magnū habendi bona ſpūalia, que videt in primo. cū quadā triſtitia de defectu illoruz bonoz̄ que in ſe eſſe nō videt. Et hoc facit hoiem laborare ad proficiendū in via dei. Hanc emulationē videt̄ habuiſſe martha. quex̄m accepit in domū ſuā. vt hī luc. x. propter quod quaſi dolēs q̄ ſoror ſua erat magis dedita ſpūalibus. quia ſedēs ſecus pedes dñi audiebat verbū illius dixit xp̄o. dñe non eſt tibi cure q̄ ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare.

7 Septima colūna dicit̄ vindicta. i. punitio de ipis peccatis. Quanto enī quis plus peccauit z grauius, tanto magis debet dolere z ſe corpaliter affligere. Eſt eī pnīa. vt dicit auguſti. quedā dolentis vindicta puniens in ſe q̄d dolet cōmiſiſſe de pe. di. iij. Quod optime ſeruauit maria magdalena. quando intrans in domū vbi chriſtus erat ſtans retro lacrymis cepit rigare pedes ꝛc. Luc vij. Has igit̄ ſeptem colūnas domum ſcientie ſuſtentantes ſapientia xp̄s exce dit et ſe pcedentes, ponens etiam homo per liberum arbitriuz in domo conſcientie habitare. ſuponit has etiam colūnas. Unde ergo in domum ad huiuſmōi colūnas ſupponēdū vel reficiendū poſſunt etiam ſibi intelligi per has columnas ſeptem dona ſpūſſancti.

8 Quantū ad tertiū principale dico quod ad bonitatē domus requirit̄ q̄ delectabiliter homo quieſcetur. Dicitur enī prouerbi. xxvij. q̄ fumus ſtillicidiuz z litigioſa mulier expellunt hominē de domo. Et hoc ideo quia inquietant ipm. Et fumus quidem qui in altuz aſcendit eſt mentis elatio. Mulier litigioſa ē ſenſualitatis contradictio ad ſpūm. Stillicidium eſt peccatoz̄ z ſi paruoz̄ vilipenſio. ſeu curatiōis eorum neglectio. Sed diuina ſapientia in domo conſcientie quā edificauit vt ſit quies z letitia. poſuit menſam ſacrorum eloquioz̄. bonoz̄ ſpūalium. cue defendunt nos contra volētes inquietare. Unde p̄s. Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me. immolauit victimas id ē ſacrificia chriſti z ſanctoz̄ quibus ſeipſos obtulerunt morti. Propoſuit vt in eucariſtia z aliis ſacramentis. Sic pater filio prodigo in domū reuerſa obtulit vitulū ſaginatū in eſuz. Miſcuit etiam vinū quo letificat cor hominis. z omnē mentem facit ſecuram. vt dicit̄. ij. eſdre. ix. id eſt ſpūalem conſolationem z leticiaz. De qua domo cōſcientie ſic preparata dicit ſapiens. Intrās in domū meā ſcz ſcientie requieſcā cū illa. Non enī habet amaritudinē conuerſatio illius. nec tedium cōuictus illius. ſed letitiā z gaudiuz ſap. viij. Ad gaudiū cauſat̄ et ſeptē fructibus ip̄i? bone ſcie. q̄bus fruit̄. ſ. in vita p̄ſenti z hoz̄ p̄mū ē. Quia ipa ē radix charitatis. Vñ. i. ad thi. i. finis p̄cepti ē charitas de corde puro z ſcia bona ſcz p cedens. Et terū. in li. de cōſideratione. Fortitudo tua fiducia fidelis conſcientie. Octōs fructus

est nitor veritatis. Unde ps. orabat. Dirige in conspectu tuo viam meam. glo. in conspectu tuo. i. in conscientia ubi solus deus videt. via que ducit ad patriam est via veritatis. Et subdit. Quoniam non est in ore eorum veritas sed inimicorum qui falso opinant de scientia alterius. Sed vt dicit greg. Liber inter accusatores est que scientia non reprehendit. xi. q. iij. inter verba. Tertius fructus est ornatus venustatis sed anime que est sponsa xpi. Cui dicit ipse sponsus anime sancte. Quam pulchra es amica mea et pulchra sed quo ad interiorem dispositionem et exteriorem conversationem. Et ideo dicit bis pulchra. oculi mei columbarum per diligentem circumspectionem. absque eo quod intrinsecus latet sed in conscientia per bonorum ornatum sed propositionem.

Quartus est retractorium a peccatis. Que enim conscientia mordet et stimulat quod aliquid sit illicitum. per hoc retrahit a peccato in quo labi posset. Considerat enim illud iacobi. iij. Scienti bonum et non facienti. peccatum est illi. Et. ij. pe. ij. Melius esset illis veritatis viam non agnoscere. quam post agnitam retrorsum. Per hoc propter hoc fugiendum est ad latebras ignorantie. vt dicit aug. Quia effectata ignorantia peccatum auget et non minuit. Et quod scientia retrahat a malo et vocet ad bonum. ostenditur puer. xij. vbi dicit. Est qui pmittit. et quasi gladio pungitur scientie. Nam instinctus conscientie promittit premium benefacienti. et pungit minando penam eternam bona negligenti.

Quintus est thesaurus honestatis. de quo Eccle. xiij. Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia. Quod tam de substantia rerum terrenarum quam spualium intelligi potest. vt sed nec de virtutibus nec scientia superbiat et talia illicite non retineat. Dicit isidorus in epistolis. Quid acquiri aut putatur. vbi bona scientia perditur. aut in qua parte possit homo proficere. si innocentia probatus fuerit amisisse.

Sextus est testimonium bonitatis. Ad roma. Testimonium illis reddente scientia sua. Unde greg. super ezech. Quid prodest si omnes laudent et conscientia accusat. Aut quid poterit obesse. si omnes derogent scientia defendat. Et bene super canti. Omnino sufficit adversum loquentium in qua. opinio bonorum cum testimonio scientie.

Septimus fructus bone scientie est quietum delectabile. Nam vt dicit prouer. xv. Vultus secura quasi iuge convivium. securitatem autem mentis facit bona scientia. Unde et sapientia parauit mensam. miscuit vinum. quod vinum etiam intelligi potest de sanguine xpi. qui principaliter operatur conscientie bonitatem. Unde apostolus ad hebre. ix. Sanguis xpi mundabit conscientias nostras.

Quantum ad quartum de ornatu domus requiritur quod sit picturata sed exemplis sanctorum edocta. Unde quidam rex turpis specie cubiculum suum depingi fecit pulcherrimus imaginibus vt eam aspectu vxoris suae pulchrum pareret filium. Cur xpianus domum sue conscientie in memoria bonorum exemplorum non depinget. vt vxor sensualitatis proles virtutum gigneret.

Secundo requiritur ad ornatum domus quod sit odorifera. ibi. non ferotibus referta. quod fit per bonam famam. et honestam conuersationem et virtuosam. Unde apls. ij. cor. ij. Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Et in figuram huius dicitur de domo vbi christo facta est cena a martha et maria. Unde domus repleta est ex odore vnguenti. Joh. xij.

Tertio pertinet ad ornatum domus. vt sit bene illustrata lumine gratie. vel lucerne lumine. scripture veritatis. Unde etiam in figuram. mulier vt inueniret dragmam accendit lucernam et euertit domum. vt habetur parabolice. Luce. xv.

Sed queri pōt .§. VII.

virum quid scire valeat se habere rectam conscientiam lumine sed gratie illustratam. an non. Ad quod respondetur secundum alexandrum de ales. quod septem sunt differentie hominum circa huiusmodi attendendum. Aliqui enim putant se habere bonam conscientiam et gratiam seu charitatem. sed neutrum habent. Alij sciunt quod illam non habent. Alij dubitant de hoc. Alij opinantur quod habeant gratiam et bonam conscientiam. Alij experiuntur. sed non non habent de hoc scientiam. Alij hoc sciunt tantum per reuelationem. Septimi hoc sciunt per causam et certam visionem.

Primi ergo sunt infideles et hereticis immo etiam christiani quidam tepidi. qui non lustrantes conscientiam suam. ex ignorantia crassa mortalia crimina non credunt mortalia esse. Cum in his perseuerant. et sacramentum eucaristie indigne percipiunt. propter quod dicit apls. i. ad cor. xi. probet seipsum homo. i. conscientiam examinet et sic de pane illo edat.

In tali cecitate fuit aliquando paulus vt ipse testatur. Nam captus a romana militia hiero solimis iudeos ad quorum petitionem captus fuerat sic alloquitur. Ego omni conscientia bona conuersatus sum ante deum vsque ad hodiernum diem. Actu. xxiij. Qui tamen persecutus fuerat ecclesiam putans benefacere.

Secundi sunt qui sciunt se habere non bonam conscientiam. vt hi qui sciunt se esse in mortali peccato actu vel proposito. non penitentes ad quos potest illud dirigi. Ecclesia. vij. Scit conscientia tua quia tu crebro maledixisti alijs.

Tertij sunt qui dubitant se habere bonam conscientiam. qui sed habent rationes eque fortes ad hoc quod sint in gratia. sicut ad oppositum. puta cum vident se esse tepidos in amando deum. non habendo affectum orandi et ad alia spiritualia. Vel multum remissum parum doloremsentire de peccatis et huiusmodi. Et ex opposito considerant nullam voluntatem se habere peccandi mortaliter. sed propositum ab

stinendi detestari peccata cõmissa ratione huius modi. Tales dicere possunt illud apostoli. Nihil mihi cõscius sum. sed non in hoc iustificat9 sum. pro ad cor. iiij. Quarti opinant se habere bonam ꝓscientiam ⁊ se esse in gratia etiam ꝓbabili ter cũ formidine tamen aliqua de opposito. Hi cum illi que vident se feruẽtes in amore dei ⁊ proximi, ⁊ amare lugere dei offensas. paratos ad sufferendum aduersa. sentiunt tamen aliquãdo rebellionem carnis ad spiritum ⁊ fragilitatẽ. Et hi dicere valent illud. ij. ad Cor. i. Gloria nostra hec est testimonium ꝓscientie nostre, qꝫ in simplicitate ⁊ sinceritate dei ⁊ nõ in sapientia carnali. sed in gratia cõuersati sumus. Quinti reperiuntur se habere granam a bona conscientia, sicut illi qui sentiũt dulcedinem diuine bonitatis in oratione ⁊ gustãt qꝫ suauis est dominꝰ. Ad quod inuitat ps. Gustate ⁊ videte quoniã suauis est dominꝰ. beatus vir qui sperat in eo. gustate ait scilicet notitia experimentali et affectiua causata ex reunita sensui gustus scz ⁊ affectus. Videte scz cõtemplando eius bonitatem. quoniam suauis est dñs anime querenti eum gratie ⁊ possessionẽ. Beatus vir qui sperat in eo scz habens conscientiã bonaz. Nam qꝫ conscientia bona significet spem patz ex illo apli. i. ad thimo. i. Charitas de corde puro. s. procedit ⁊ ꝓsciẽtia bona. vbi glosa id est spe vera. que causatur ex dei amicitia. sicut ⁊ spes causatur ex bona conscientia. Ista tamen cognitio non est per medium infallibile. sed per signũ. Et qꝫ de bona cõscientia queat haberi experimentalis cognitio probatur. apoc. ij. Vbi dicitur Vincenti dabo manna absconditum vincenti scz vitia dabo mãna absconditũ id ẽ dulcedinem ex in habitatiõe christi in domo conscientie. abscõditum. quia ab alijs non videtur nec clare a se ipo. ⁊ sic sentitur. Et dabo ei calculum candidum. i. habituz gratie ⁊ charitatis. que gratia lucet ⁊ mundat inde dicitur candidum. Calculus aũt hic dicitur carbũculꝰ. ⁊ nomẽ nouũ scriptũ quod nemo scit nisi q̃ accipit. hoc nomẽ est quo filij dei per adoptionez efficimur. Sexti sunt qui sciũt se habere bonã conscientiam ⁊ gratiaz per reuelationẽ dei. quod habuit abrahã qñ dñs ei dixit per angelum. Nunc cognoui quod timeas deum. geñ. xxij. Cognoui. i. cognoscere feci. qꝫ timeas deũ scz timore filiali. qui sine gratia ⁊ conscientia bona esse non potest. Septimi sunt qui sciunt per causaz rei vel ratione rei. vt hi qui clare viderunt diuinam essentiam in vita presenti. sicut moyses in veteri testamẽto ⁊ paulus in nouo quando raptus fuit vsqꝫ ad tertium celum. Vnde ipe dicebat. Certꝰ sum quod nec mors nec vita nẽ, separabunt nos a charitate christi ad Roma. viij.

Hec ergo bona .§. VIII

